

gatio, qua quis Deo obligatur, ut implet quod per nomen eius promissit; & talis obligatio non tollitur in foro conscientie: quia magis debet damnari temporale subire quam iuramentum violari. Potest tamen repetere in iudicio quod violavit, vel Prelatus denunciare, non obstante quod contrarium iuravit; quia tale iuramentum vergetur in deteriorem exitum: est enim contra iustitiam publicam. Romani autem Pontificis ab huiusmodi iuramentis absolverunt, non quasi decreverint eiusmodi iuramentum non esse obligatoriam; sed quasi huiusmodi obligationes ex his causa relaxantes.

XXIV. Hanc eandem doctrinam confirmat quæst. xviii. artic. 3. ad 1. Coactio non aufert iuramento promissorio vim obligandi respectu eius quod licite fieri potest. Et ideo, si aliquis non implet quod coactus iuravit, nihilominus periculum incurrit, & mortaliter peccat. Potest tamen per auctoritatem summi Pontificis ab obligatione iuramenti absolvi, presertim si coactus fuerit tali metu qui cadere potest in conscientiam certum. Quod autem dicitur, quod iuramentum non sunt puniendi tanquam pro mortali crimine, non hoc ideo dicitur, quia non peccant mortaliter, sed quia poena eis minor infligitur. Quando itaque res promissa honesta, & licita est, iuramentum etiam ex metu factum obligat. Quod autem tua bona des aggressori, nil mali praefert. Idcirco implendum iuramentum, docet S. Thomas.

XXV. Quæst. VIII. Quæ sunt ex concupiscentia, sunt ne involuntaria? Respondo. Concupiscentia nomine quælibet appetitus sensitivi commotio, seu passio circa bonum intelligitur, exclusa tristitia, & dolore circa malum. Concupiscentia duplex est. Altera antecedens, quæ procedit voluntatis actum, & estque accidentis causa. Visio obiecti delectabilis accendit appetitum sensitivum: & voluntas desiderat, vel delectatur de eo. Altera consequens, quæ actionem voluntatis consequitur, quatenus exercitium actionis excitat, accenditque passionem concupiscentia. De hac nulla quæstio. Hæc enim non potest esse involuntaria causa, cum actionem consequatur. Solum ostendit, tanquam signum, peccati magnitudinem, seu magnam voluntatis delectationem in exercenda actione. Quare hæc non dimittit, sed augeat potius culpam. Proposita quæstioncule respondet S. Thomas 1. 2. quæst. vi. art. 7. Concupiscentia non causat involuntarium, sed magis facit aliquid voluntarium. Dicitur enim aliquid voluntarium esse eo quod voluntas in id fertur: per concupiscentiam autem voluntas inclinatur ad volendum id quod concupiscit: & ideo concupiscentia magis facit ad hoc quod aliquid sit voluntarium, quam quod sit involuntarium. Non est tamen continentium voluntarium cum libertate. Nam voluntarium sicut est in inclinatione cum finis cognitione; & quæ maior est inclinatio, eo maius est voluntarium. Porro, si hoc voluntarium spectetur, ut liberum, cum libertas iudicii indifferentiam pollet, concupiscentia vehementer, & antecedens obducere hoc iudicium potest, & simul diminuire libertatem, atque adeo malitiam. Quam doctrinam pluribus in locis S. Thomas tradit; & potissimum quæst. 111. de mal. art. 11. Meritum, & demeritum in electione consistit ex ratione procedente. Passio autem obducibilis, & etiam ligat iudicium rationis. Quanto autem iudicium rationis fuerit purius, tanto electio est perspicacior ad merendum, vel demerendum. Unde qui inducitur ad bene faciendum ex iudicio rationis, laudabilis operatur quam qui inducitur ad hoc idem ex sola animalis passione. Hæc enim erroris potest involvitur. Concupiscentia itaque minuit voluntarium, quatenus liberum est; augeat vero, quatenus naturale. Discrimen quod est inter timorem, & concupiscentiam, assignat S. Thomas cit. quæst. vi. art. 7. ad 1. & ad 2. Timor, inquit, est de malo; concupiscentia autem respicit bonum. Malum autem secundum se contrariatur voluntati; sed bonum est voluntati consonum. Ideo timor temper minuit & voluntarium, & liberum; secus concupiscentia, ut dictum est.

XXVI. Quæst. IX. Utrum ignorantia inferat involuntarium? Resp. De ignorantia fulocalamo agemus Tom. II. Apparatus ad Theologiam Christianam. Idcirco paucis hanc gravissimam questionem expediam. D. Thomas ignorantiam dividit in antecedentem, concomitantem, & consequentem his verbis est. quæst. vi. art. 8. Ignorantia tripliciter se habet ad actum voluntatis. Uno modo concomitantem, alio modo consequentem, tertio modo antecedentem. Concomitantem quidem, quando ignorantia est de eo quod agitur; tamen, etiam si sciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum ut hoc fiat; sed accidit simul esse aliquid factum, & ignorantum; sicut in exemplo posito, scilicet cum aliquis vellet quidem occidere hostem, sed ignorans occidit eum, patiens occidere eum. Et talis ignorantia non facit involuntarium, ut Philosophus dicit: quia non causat aliquid quod sit repugnans voluntati, sed facit non voluntarium, quia non potest effectu voluntatis quod ignoratum est. Consequenter autem se habet ignorantia ad voluntatem, inquantum ipsa ignorantia est involuntaria.

Involutaria. Et hoc contingit dupliciter, secundum duos modos voluntarii supra positi. Uno modo quia actus voluntatis fertur in ignorantiam; sicut cum aliquis ignorare vult, vel ut excusationem peccati habeat, vel ut non retrahatur a peccando, secundum illud Job xxi. Scientiam viarum tuarum nolumus: & hæc dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignorantia voluntaria eius quod quis potest scire, & debet: sic enim non agere, & non velle, voluntarium dicitur, ut supra dictum est. Hoc igitur modo dicitur ignorantia, sive cum aliquis actum non considerat quod considerare potest, & debet; quæ est ignorantia male electionis, vel ex passione, vel ex habitu proveniens: sive cum aliquis notitiam quam debet habere, non curat acquirere: & secundum hunc modum ignorantia universalium iuris, quæ quis scire tenetur, voluntaria dicitur, quasi per negligentiam proveniens. Cum autem ipsa ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum, non potest causare simpliciter involuntarium; causat tamen secundum quid involuntarium, inquantum procedit motum voluntatis ad aliquid agentium, quod non esset scientia præsentem. Antecedenter autem se habet ad voluntatem ignorantia, quando non est voluntaria, & tamen est causa volentis quod alias non vellet; sicut cum aliquis homo ignorat aliquam circumstantiam actus, quam non timebatur scire, & ex hoc aliquid agit, quod non faceret, si sciret; puta, cum aliquis diligenca adhibita nesciens aliquem transire per viam, profecti fugitum, qua interfecti transissent. Et talis ignorantia causat involuntarium simpliciter. Si plura de ignorantia Pelagiana, Insensiana, Probabilistica cupis, consule laudatum Tom. II. Apparatus, & Tom. I. Hist. Probabilis in Appendice, ubi ex illustri materia hæc diluata est.

XXVII. Samuel Pufendorfus in suo tract. de Hom. & Civ. ab officis, seu actionibus humanis, quæ iure nature dirigi debent, initium capit. Verum tam implexe, & icenne hæc verlat, ut nihil obcurius scriptum apud Scholasticorum aliquem, etiam inferioris sublimitatis, inventurus sis. Plures Auctoris istius errores infra refellam. Christianus Thomasius Lib. 1. cap. 1. de natura hominis morali, pluribus insumptis §§. quibus physicam corporis humani naturam exponit, tandem §. 17. intellectum, & voluntatem definit his verbis: igitur intellectus est facultas anime humane cogitandi in cerebro, & voluntas facultas eiusdem anime concupiscenti in corde. Adeo impedit de intellectu, & voluntate scribit Lutheranus iste, ut corporem potius quam spirituales animam se propugnare indicet.

Quippe §. 28. aperte scribit, in mundo nihil esse, nisi corpus: & §. 34. repetit, omnem voluntatem esse concupiscentiam in corde. Omnis concupiscentia amor est. Omnis amor est desiderium utendi se cum re amata. Omne desiderium conatus est agendi. Dum vero voluntas conatus est cordis, differt a conatu qui sentitur in alitis membris corporis, ut conatus estendi excrementa, conatus in ulcere. Hinc ultra pergit, & §. 40. improbat communem, certaque doctrinam, quæ supra confirmavit, voluntatem nempe non posse cogi. Unde falsum est, inquit, commune dicitur, quod voluntas non possit cogi. Et a quo cogi potest? Ab homine? A Deo, qui omnia obediunt? Transcribit §. 10. doctrinam Cumberlandi de magnitudine cerebri humani, & de hominis propensione ad venerem, non aliquo tempore limitata. Innumeri istius Lutherani abtetterationibus prætermisiss, paucas hæc obiter indicasse sufficiat, ut Italice notare iuvenes qui iuri nature fludent, ab istorum Protestantium lectione abdicent. Quoniam nihil ex illis addicere præter errores vident. Quid quod vel ipsa erroneas opiniones tanta obcuritate, & tanta imperitia exponunt, ut homo bonis studiis additus, legere istorum opera sine fastidio nequeat?

CAPUT VI.

De humana libertate. Hæc homo in sui creatione præditus fuit, nec eam per originalem culpam amisit. Lucei, Calvini, Puffendorphi, Christiani Thomasi, aliorumque Protestantium errores.

I. Questionem præ ceteris omnibus necessariam investigandum suspicio. Quoniam, sublata libertate, supererent iura omnia, conatus, studia, industria, ceteraque hominum molimina vana, & contentia ferrea. Sola quippe officia libera, iuris tunc naturalis, tunc positivi directioni liberebant. Porro omnium primum, quid libertatis nomine intelligitur, exponendum est. Et, quia plures libertas excipit sensus, notionem divilio eandem præcedat fas est; quemadmodum & ipse Marcus Tullius Lib. 1. cap. 1. officia dividit, antequam definiat. Dividi autem libertas solet primum in libertatem naturam, qua homo conditus fuit; gratia, qua a culpa redemptus est, de qua S. Paulus Rom. vi. Cum servo essetis peccati, liberi facti estis iustitiæ, & gloriæ, ad quam, ex misericordia subditi, delicta sumus, ut ait idem S. Paulus Rom. vii. Et ipsa creatura libe-

libertatem a servitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei. Libertas natura vocatur etiam spontaneitatis, seu complicitatis, quae a violentia, & coactione immanis est. Coactio est vis extrinsecus illata, passio relinquant. Hoc in sensu libera dicuntur bruta ipsa; & humana voluntas in omnibus actionibus suis internis, & elicitis, tamen servitatis, libera nuncupatur: quia ad illos interiores actus cogi a nemine potest. Hanc doctrinam suse exponit S. Thomas sum I. *Part. quest. xli. art. 2. ad 3.* tum *quest. x. de potent. artic. 2. ad 5.* ubi ait, quod naturalis necessitas, secundum quam voluntas aliquid ex necessitate velle dicitur, ut felicitatem, libertati voluntatis non repugnat. *Dei libertas enim voluntatis violentia, vel coactioni opponitur. Libere ergo Spiritus sanctus procedit a Patre; non tamen possibilibus; sed ex necessitate.* Libertatem hic accipit Angelus Doctor pro ipsa immanitate a coactione, & pro naturali voluntaria indifferencia, ac necessitate proponens divinæ voluntatis.

II. Alia est libertas indifferencia, quæ non modo a coactione, seu violentia, verum etiam a necessitate, seu a determinatione ad unum per modum naturæ immunitatem se cum afferit. Hæc itaque libertas facultas est quæ indifferenter præfert ad opposita. Duplex est. Una *contrarietatis*, seu *specificatio-* nis, ut aiunt, quæ oppositos producere actus, nempe odium, & amorem, bonum, & malum, valet. Altera est *contradictionis*, seu *exercitii*, quæ agere, vel non agere, eicere actum, vel omittere eundem absolute valet. *Totius absolute significat, quod, spectata natura obiecti limitati, atque adeo cum indifferencia ab intellectu proposito, ita voluntas prosequitur illud obiectum, ut possit suspendere prosecutionis actum.*

III. Ad libertatis perfectionem sola requiritur exercitii indifferencia, sublata indifferencia contrarietatis ad malum, quæ imperfectio libertatis est. Quamobrem & Deus extra se liber est, tamen illud malum velle nequeat; & Christus Dominus liber est, quamvis malum patrare non possit. Quoniam vero ex perpiscua libertatis idea graviorum difficultatum resolutio pendet, lubet paucis ea hic indicare quæ subius infra dicturus sum. Voluntas humana sedes est libertatis. Causa, & principium libertatis est intellectus, proponens voluntati bonum amandum cum indifferencia iudicii. Fortes vero proponit intellectus cum indifferencia iudicii, quoties id quod proponit, finitum & limitatum est, non æquans voluntatis potestatem. Hæc est angelica S. Tho-

mas doctrina 1. 2. *quæst. xvii. art. 1. ad 2.* ubi inquit: *Radix libertatis est voluntas, sicut subiectum; sed fieri potest ad divinam servitatem, quia ratio potest habere diversas conclusiones boni.* De variis intellectus actibus, qui liberam præcedere electionem debent, infra dicam.

IV. Quædammodum varia est libertatis acceptio; ita multiplex est necessitatis sensus. I. Alia est necessitas coactionis, & violentiæ, quæ extrinsecus inducitur; & a voluntas, ut dixi, libera est, & cum membra exteriora tantummodo subiecta sunt. II. Alia est necessitas inclinationis naturalis, a principio intimo proficiens, quæ ad unum naturaliter determinat; ut inclinatio in natura spirituali erga beatitudinem in communi. III. Alia necessitas, quæ extrinsecus advenit; qualis est in beatis necessitas amandi Deum. IV. Rursus alia appellatur *antecedens*, & *absolute*; alia *consequens*, & *conditionata*. Antecedens rationis, & voluntatis utram præcedit; ut contingit in motibus primo primis, qui involuntarij, seu indeliberati nuncupantur. Necessitas consequens, seu conditionata, ea est quæ consequitur liberam aliquam oppositionem, seu deliberationem; ut necesse est ambulare, si ad ambulandum me determinaverim. Necessitas antecedens nuncupatur etiam *solita* necessitas *consequentis*; & necessitas conditionata necessitas *consequentis*. V. Tandem alia appellatur *physica*, & *absolute* invincibilis, quæ est ipsa ac antecedens; alia *moralis*, quæ in lumina difficultate (iuxta communem loquendi modum) sita est, abstinendi a malo, vel faciendi bonum: qualis dominatur in hominibus inveterata aliqua consuetudine, vel habitu pravo affectus; quem expellere absolute valent, sed maxima cum difficultate.

V. Potestatis nomine, quæ in voluntate libera requiritur ad oppositum, intelligitur potestas expedita. Potestatem hanc Theologi considerant & in actu primo, & in actu secundo. Potestas voluntatis in actu primo, & expedita, illa dicitur cui nihil ex parte sui deest ad operandum. Hac ratione in Schola Thomistica gratia sufficientis constituitur potentiam proximè completam, & expeditam ad operandum, quia ex parte potentie nil amplius requiritur; ut vero erumpat in actum secundum, requiritur gratia efficax, quæ ex parte actus secundi de tenet.

VI. Pro libertatis intelligentia præ oculis quoque habenda est celebris distinctio sensus compositi, & diviti: quæ in vero sensu ex-

pli-

§. I.

Hæreticum Lutheri, Calvini, & Iansenii systema de libero arbitrio in æternæ salutis negotio.

plicata a nemine negari iure valet; in sensu falso et contrario ab omnibus sibilanda. Sensus falsus huius distinctionis est, si quis diceret, hominem auxilio efficaci determinatum ad bonum, libertatem habere non in sensu composito cum ipso auxilio, sed in sensu diviso, idest sublato tali auxilio. Hoc in sensu etiam homo vinculis devinctus libertatem habet ad ambulandum, si violentia frangatur; quo nihil absurdius concipi potest. Verus sensus est, hominem, præfato auxilio efficaci determinatum ad amorem, liberam esse ad oppositum sub ipso auxilio, non in sensu composito; quatenus scilicet valeat coniungere amorem cum non amore, actionem cum non actione, quod repugnat; sed in sensu diviso, inquantum, dum amat, retinet facultatem expeditam ad non amorem, aut ad odium. Ne multa, sensus compositus excludit, inquit, conjunctionem actionis cum negatione eiusdem; minime vero excludit potestatem ad non agendum, vel ad agendum oppositum.

VII. Plures fieri adversus libertatem errores. Hanc negant Stoici, falso omnia subiectis. *Fati* nomine omnium casuum infatum significabant. Alii ex divina prescientia cogi indeliberabiliter homines ad malum afferbant. Manichæi, ut refert S. Augustinus *Lib. III. cap. v. contr. duas epist. Pelag.* libertatem negabant ex natura mala Deo coacta. Pelagiani, in aliud extremum declinantes, errant, libertatem nimium extolentes. Docebant quippe hominem æque ad bonum, atque ad malum solis naturæ virtus idoneum esse, quin egeat ad bonum divina gratie subsidio: contra quos hæc S. Augustinus *epist. xlviij. ad Valentinianum n. 4.* scribit. *Fides catholica neque liberum arbitrium negat sive in vitam volens, sive in bonum; neque tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid.* Contendebat Pelagiani, liberum arbitrium læsum haudquam fuisse per peccatum originale; sed veluti in æquilibrio constitutum, æquales habere vires sive ad bonum, sive ad malum. Heine isæstant, libertatem arbitrii cum necessitate gratiæ, quæ voluntatem præveniat, componi minime posse. *Si alterius ope indigeo, liber non ero*, effutiebant Pelagius. Lutheri, Calvini, Iansenii, aliorumque errores adversus libertatem mox referam.

I. Sicut autem, sinceritatis coloribus Lutheri, & Iansenii de libero arbitrio systema depingatur, nisi me omnia fallunt, in nihilum occidunt gravissime, quæ Inter Catholicos ferrent, quæstiones. Siquidem non raro accidit ut homines longiores contentionum, litiumque fures texant, perpetuæ diffidæ foveant, quod principium unicum, unde tota pendet controversia, pleno in lumine haudquam colloctur. Eadem veritas sub una oculorum acie adversantes difficultates explodit, non item sub altera. Quorum hæc? Novum ne referendum mihi arcana est in Lutheri, Calvini, & Iansenii doctrina de libero arbitrio exponenda? Minime sentium. Sed notam illorum hoc de argumento harèlium sic eo præsentare appetitum deliberavi, ut ex solo eiusdem intuitu in futurum abeat sophismata illa quibus vellelicæ Catholicorum plurimum doctrina solet.

II. Et, ne plus iusto in limine hæream, causam aggredior tractandam. Primum hominem libero prædictum arbitrio fiantur vel ipsi hæresarchæ; at extinctum, sublatumque penitus esse post Adæ peccatum contendunt. Liberum hominem in hoc lapsu naturæ statu dumtaxat asserunt in civili societate, operumque naturalium regime. In genere vero moris, æternæque salutis negotio, exclusa omni eligendi facultate, omnique activa indifferencia sublata, necessario illum peccare docent, nullaque omnino partes habere in suis quæ divina gratia præventus operatur. Omnino perit libera eligendi potestas in Adamo peccante. Ergo necessario homo peccat, necessariosque, dum auxilio divino prævenitur, operatur. Quam operationem voluntario quidem, seu spontaneo motu homo elicit; minime vero libera, libertate electionis & indifferencia. Nullas omnino partes exercere propugnant homines, cum Dei auxilio ad operandum applicantur; sed mere passive se habere in morum sanctitate; quemvis voluntario, seu spontaneo motu, quemadmodum & bruta, physice agant. Paucis accipe totius Lutheranz, Calvinianæque doctrinæ succum. Non ideo Lutherus, & Calvinus negant in homine liberi arbitrii indifferenciam, & electionem, quia Deus gratia, iuste natura efficacissima, humanam voluntatem præveniat, & prædeterminat; sed con-

tra

tra ita rationantur homines isti. Peccato peccato originali, extincta fuit cum in Adamo, tum in eisdem posteris libertas indifferentie: ergo auxilium divinæ gratiæ necessarium hominibus applicat ad operandum. Admissio primo errore extrinsece per peccatum originale humane libertatis, consequentia legitima est; quemadmodum, quia in brutis nulla est electio, & indifferentie facultas, necessarium a Deo determinatur. Contra Catholici argumentantur. Homines post Adami lapsum libero arbitrio, tamen laico, infirmo, vulneratoque, instructi sunt. Ergo libere a Deo prevenientur, & applicantur. En paucis delineatum verum, sermoneque Lutherane, Calvinianæque hæresis specimen.

III. Quæ paucis pertrinxit, ostendenda nunc sunt propriis Lutheri, Calvinique verbis. De Infansio infra dicam. Et, ut a Luthero initium accedam, hic est illius de libero arbitrio articulus, quem LEO X. in bulla, *Excege Domine*, anno 1520, edita contra eundem Lutherum num. 36, damnavit. *Libero arbitrio post peccatum est res de solo studio. Et dum facit quod in se est, peccat mortaliter. Pauca transcribam, non ex universis eius operibus, sed tantum ex opusculo de sermo arbitrio adversus Erasmus, ubi est instructio causam versat. In aliis quippe opusculis præmendam omnem sustulerat libertatem: in quem errorem calamum acuit Erasmus, & Lutherum strenue exagavit, proltravitque. Lutherus vero insita sua protervia adversus Erasmus opusculum edidit, inscriptum de sermo arbitrio, inferentemque est Tom. III. operum Lutheri. Inquit ergo. *Seguitur nunc liberum arbitrium esse plane divinum nomen, nec ulli posse competere, quam solè dicimus manifestè. Quod si hominibus tribuatur, nihil relictus tribuatur quam si divinitus quoque eis tribueretur: quo sacrilegium nullum esse minus possit. Libero arbitrio donatum Adamum fuisse, quis neget? Nullum tunc facerilegium, quod arbitrio prædictus homo fit. Larvam arbitrii quam in homine admittit Lutherus, paulo post explicat his verbis. *Quod si omnino vocem eam omittere volumus, quod est in summissum, & religiosissimum; bona fide tamen eadem uti doceamus, ut homini arbitrium liberum, non respectu superioris, sed tantum inferioris seu rei concedatur; hoc est, ut sciat se in suis facultatibus, & possessionibus habere ius utendi, faciendo, omittendi pro libero arbitrio, licet & ipsam negatur solus Dei libero arbitrio, quocumque ille placeat. Ceterum erga Deum, vel in rebus quæ pertinent ad salutem, vel damnationem, non ha-***

*bat liberum arbitrium; sed captivus, subiectus, & servus est, vel voluntatis Dei, vel voluntatis satanae. Hoc est capitale Lutheri principium. Homines in civili commercio, in officiis humanis, in comendo, in bibendo, in saltando liberi sunt. In æterno vero salutis negotio nulla libertate instructi sunt, nullas in eodem habent partes; sed fides Deus, cuiusque humane libertatis cooperatio reiecta, salutem operatur nostram, passive tantum hominibus se habentibus. Quin contendit, nihil Patres de libero dogmatisse arbitrio: sic enim pergit ibidem. *Rogamus itaque per Christum, mi Erasmus, ut cum tuis nobis saltem concedere, ut periculo conscientie nostræ absterit, licet metu trepidare, vel saltem assensum differre dogmatis, quod tu ipse vides esse nihil, nisi inane vocem, & verbum syllabarum; scilicet, esse liberi arbitrii est, vis liberi arbitrii est, etiam si ad summum venierit, & omnia vestra probata sunt, & consent. Deinde adhuc incertum apud ipsos tuos, an ea vox sit, non sit, cum ipsi inter se severant, & sibi ipsis non consent. Iniquissimum est, immo longe miserrimum, solo phantasiae vocule unius, eiusdemque incerta, nostras conscientias vexari, quas Christus sanguine suo redemit. Ac nisi vexari nos sinamus, rei accusamus superbiam inaudita, quod tot Patres uti seculorum contempserimus, qui liberum arbitrium asseruerunt, cum verius, ut ex dictis vides, nihil profus de libero arbitrio definitur; ac sub pretextu & nomine illorum, liberi arbitrii dogmata erigitur, cuius tamen neque speciem, nec nomen possunt ostendere, & mendaci vocabulo sic deludunt oculos. Quæ disputatio esse cum homine potest qui, cumi fronte posita, blaterat, Patres, Augustinum, Hieronymum, Fulgentium, Prosperum, ceteroque nil de libero definiti arbitrio?**

IV. Luculentius paulo post suam exponit sententiam, dum & Erasmus, & Catholicorum improbat doctrinam. Erasmus in suo adversus Lutherum opere, ut liberum propagaret arbitrium, in Semipelagianismum declinavit, cum liberum arbitrium suis se prepararet viribus, lesetque applicare ad gratiam accipiendam asseruerit: contra quam doctrinam hoc pacto Lutherus invenitur. *Vides ne, mi Erasmus, hac definitione te ipsum prodidi? quod harum rerum nihil omnino intelligis... & ut supra dixi, minus dicitis, & plus tribuis libero arbitrio quam omnes alii; neque totum libero arbitrio, omnia tamen illi tribuis. Tolerabilis longe tradunt Sophiste, vel saltem Pater eorum Petrus Lombardus, qui*

*liberum arbitrium dicunt esse facultatem discernendi, deinde & eligendi boni quidem, si adit gratia, mali vero, si desit gratia, ... Tu vero utriusque parem vim facis liberi arbitrii, quod suapte, sine gratia, vi & se se applicare possit ad bonum, & se se avertere a bono... Non hoc dico, quod Sophistarum sententiam de libero arbitrio probem: sed quod tolerabiliorum esse dicam quam Erasmi: propterea enim accedunt ad veritatem. Non enim illi liberum arbitrium, sicut EGO, Nihil esse dicunt; tamen, cum sine gratia ipsorum nihil posse dicunt, præsertim Magister Sententiarum, pugnant Erasmo, immo videtur sibi ipsis quoque pugnant, & sola verbi contrarium in salutis negotio liberum arbitrium contendit, ut nihil, vel ipsa gratia prædictus, homo agere valeat. Et profecto quod non est, nec sanare, nec erigere, nec prævenire, vel determinare gratia potest. Pergit Lutherus: *Nihil nisi inanis vox liberi arbitrii reliqua sit, velint nolint... Ego ex his verbis nihil possion concipere, quam liberum arbitrium esse inane vocabulum, cuius res anisita sit.**

V. Scripaturam testimonium ab Erasmo prodacta delinidit Lutherus incredibili fatuitate. Ad illud Ioannis, *Potestatem dedit eis filios Dei fieri*, respondet: *Ioannes non loquitur de illa specie hominis, neque magno, neque parvo, sed de ipsa innovatione, & trasmutatione hominis veteris... Hic homo MERE PASSIVUS, ut dicitur, sese habet, nec facit quicquam, sed fit totus. Post multa folia iterum clamat. *Igitur ipsorum ORIGINALIA PECCATA liberum arbitrium profus nihil nisi posse nisi peccare, & damnari... Ego sane de me confiteor, si qua fieri possent, nollem mihi dari liberum arbitrium.**

VI. Transcribendum integram opusculum, alioquin ipsam, mihi esset, si ea omnia congerere vellem quibus probare contendit liberum arbitrium titulum vanum esse sine re, purum putumque Sophistarum (sic vocat Scholasticos) figmentum: & solam admittit spontaneitatem, quam etiam lubentiam vocat. Dum hos, & alios similes errores in Luthero lego, satis mirari nequeo Lutheranos, qui tam delirantem Sympochantem ut propria secte Patriarcham venerantur, & ut Theologie reformatorem extollunt vel ipsi inter eos doctores. Quid? Errantem Lutherum non sequimini? Cur ergo ut legislatores fuscipitis? Si erravit in fundamento universi iuris naturæ adeo manifeste; quanto impudentius in obsecutoribus arcana deliravit? Sublato penitus

per peccatum originale libero arbitrio, legitima confectione infert heresiarcha Lutherus ibidem, divinum decretum omnia necessaria præscribere, & determinare. Decretum Dei fulmen vocat, sub quo liberum arbitrium penitus contritum, & extinctum in Adamo peccante alicui. Vero Lutherus, sicut ceteras, ita quoque vitam controversiam futuram confusione, & perturbatione implicat, & involvit: ac passim antiquis manifestis semetipsum conficit. Ad Calvini, qui suos errores clariori methodo exponit, & sibi magis constat, doctrinam delineandam accedamus.

VII. Calvinus Lutheri de libero arbitrio doctrinam adoptavit. In hoc tantum discrepant. Lutherus in suis scriptis iudicio caret, & immani furore adreptus, huc atque illic irruit: modo ut infans, modo ut fannio, & stilo tulento & implexo errores suos exponit. Contra Calvinus profundus, acutus, vaser, verius, arte scribendi peritissimus. Itam qua vexabatur, suo tempore exerceat. Ut Lutherum veritatem, eruditione, & elegantissimo stilo superat; ita facilius lectoribus imponit, & errores suos tacit, atque catholicorum dogmatum veritatem adulterat. Fatetur Calvinus, eandem cum Luthero causam se habere. Numquam, sicut nec Lutherus, ex divine gratiæ efficacitate, sed ex primi peccati mortali vulnere extinguit liberum humanum arbitrium colligit.

VIII. Verba Calvini transcribo. Is in secundum Lib. Pighii de libero arbitrio hoc scribit. *Respondet, & Lutherum, & nos omnes duplicem constituere naturam: priorem, qualem a Deo constituta fuerat, quam puram & integram fatentur fuisse; alteram, quam lapsu hominis vitiatam, suam integritatem perdidit. Et paulo post: *iam vero ut nihil premiterit (Pighius) quod odium quolibet modo constare queat Lutheri sententia, aut nostra, originem trahere a veteribus hæreticis commemorat &c. Post multa libertatis exhibitæ: *Sed quomodo descendit, notionam exhibet: *Sed quomodo affute Pighius cum necessitate conditionem perpetuo confundit, quarum discrimen tenere, & diligenter meminisse plurimum ad propostam questionem refert, hæc quatuor, quod inter se differant, observare convenit, voluntatem aut liberam esse, aut servam, aut spontaneam, aut coactam. Liberam voluntatem vulgo intelligunt, & sicut Pighius quoque definit, quod bonum aut malum eligere habeat in sua potestate. Coacta voluntas nulla esse potest, cum alterum alteri repugnet. Verum docendi causa, quid significet, dicendum est, ut intelligatur quid sit coactio. Eam ergo sic vocamus, que non sponte****

te sua, nec interiore electionis motu, inclinatur hic, vel illuc; sed externo motu violento ferunt. Spontaneam dicimus quae ultra se fluit, quocumque ductur; non autem rapiuntur, aut trahuntur. Serva postremo voluntas est, quae propter corruptionem sub malorum cupiditatum imperio captiva tenetur, ut nihil quod malum eligere possit, etiam si sponte, & libenter non externo motu impulsu faciat. Secundum hac definitionem homini arbitrium concedimus, idque spontaneum, ut si quid mali faciat, sibi ad voluntaria suae electionis imputare debeat. Coactionem, & violentiam tollimus, qui pugnet cum natura voluntatis, nec simul consistat; liberum autem negamus, quia propter ingentiam homini pravitatem (N. B.) ad malum necessario feratur, nec nisi malum appetere queat. Atque hinc colligere licet, quantum sit necessitatis, & coactionis discrimen. Neque enim hominem dicimus inquitum trahi ad peccandum; sed quoniam victiosa sit eius voluntas, sub peccati iugio teneri; capiturque; adeoque necessario male vult. Ubi enim servituti, illic necessitas; sed plurimum interest voluntaria ne sit servitus, an coactio.

NOS AUTEM NON ALIBI (N. B.) STATUIMUS PECCANDI NECESSITATEM QUAM IN VITIO VOLUNTATIS. Luctenta haec sunt. Non alibi Calvinus cum Luthero necessitatem voluntatis constituit quam in malitia contracta ex peccato originali.

IX. Sed alia testimonia in medium afferamus. Calvinus Lib. I. Inst. cap. xv. §. 8. Potuit igitur Adam stare, si vellet, quando novissi propria voluntate cecidit; sed, quia in utramque partem flexibilis erat eius voluntas, nec data erat ad perseverandum constantia; ideo tunc facile prolapsum est. Hinc tanta Philosophis obiecta caligo, quod in ruina additione, & in dissipatione aptas sententias quaerunt. Principium illud tenent, non fore hominem rationale animal, nisi inest libertas boni, & mali electio. Veniebant illi; in mentem aliqui tunc discrimen inter virtutes & vitia, nisi proprio consilio vitam homo insisteret. Probe quidem haec tenent, si nulla fuerit in homine mutatio, quae dum ipsa latuit, nihil mirum, si caelum terra misceant. Qui vero Christi se discipulos esse professi, in homine perditio, & in spirituale exitium demerso, liberum arbitrium adhuc quaerunt; inter Philosophorum placita, & aestetum doctrinam partiendo, plane dissimulunt. In margine vero additur, Pelagianorum, & Papistrarum delirium. At delirare Calvinum cum toto hoc grege, vel ipsi ethnici Philosophi evincunt. Non de primi hominis dotibus, quas ignorarunt Sa-

pientes ethnici, sed de corrupti hominis libertate, qualem in semetipsis experiebantur, locuti sunt. Perpiciebant, quin manibus ferere tangebant, virtutes inter & vitia discrimen auferri, si ab homine auferatur libertas indifferens. Natura rationalis ex peccato non perit. Ergo neque liberum arbitrium, sed neque mens, neque voluntas, quae animam spirituales necessario consequuntur, evanuerunt. Vitia autem, & inquinata voluntas est: idcirco sanari, & sordibus abluji indiget; preparari, & determinari ad bonum opus haberi. Quod autem mortuum extinctumque est, neque sanari, neque corroborari, neque applicari ad opus potest. *Est. II. Inst. cap. xi. & segg.* particulam quamprimum libertatis, sicut & Lutherus, in officiis humanae societatis admittit. Philosophorum estata praecipue Marci Tullii, expendit. Morbos quos homines ex culpa contraxere, comparat ferocibus equis, qui exturbata ratione, ceu auriga exculso, imtemperanter, ac sine modo laliviant. Tenuitaur quippe animus nunc voluptatum illecebris, nunc falsa bonorum imagine deluditur, nunc immoderatis abripitur affectibus. Inter tantam malorum multitudinem ardet virtutum igniculos, & semina animae iusta restatur Cicero, quae opinionum pravitare frequentissime inicitur. Philosophorum sententiam summam hanc esse fatetur. Subdit, Ecclesiae Patres, ne Philosophorum, quibusdam certamen erat, calchinos contra se provocarent, carnalique lupate natura torpentis novam desidia ad bonum occasionem praeberent, plus aequo humanae voluntatis vires extulisse, & Scripturas divinas Philosophorum dogmatibus conciliare studuisse. S. Ioannem Chrysostomum omnium primum hac in parte errasse, quod doceat, mala, & bona in nostra Deum posse voluntate; omnes Patres Graecos in extollenda voluntate nimium excessisse: ceteros veteres omnes, ut excepto Augustino, vacillasse, atque perplexo vitia locutos estur, Lutherum omnino imitatos. Ad Scholasticos tandem devenit, de quibus haec scribit §. 5. Principio consentient, nomen arbitrii magis ad rationem referendam, cuius est discrimen inter bona & mala: epithetum liberi ad voluntatem proprie pertinere, quae ad utramque facti possit. Quare, cum libertas proprie voluntati conveniat, THOMAS epime quadrare dicit, si liberum arbitrium dicitur vis electiva, quae mixta quidem ex intelligentia, & appetitu, magis tamen ad appetitum inclinatur. Tam habemus, in quibus situm esse debeat vim liberi arbitrii, in ratione scilicet, &

voluntate. Nunc, quantum utrique tribuant, breviter videndum supersit. Post animadvertit, triplicem ab Scholasticis distingui libertatem, a necessitate primam, secundam a peccato, a miseria tertiam. Quarum primam ita inherere voluntati contendunt, ut avelli ad eadem nequeat; duas alteras per peccatum amittas concedunt. Hanc distinctionem (in ut communem declinat invidiam, modo obiter, & non ex inilitato liberi arbitrii questionem versat. Quid est vel in divina Scriptura, vel in Scriptore quolibet tam perpicuum, tam luculentum, quod elidat his effugis nequeat? Sed hinc, Augustinum in *libris ad Marcellinum*, laudatis a Pighio, obiter rem hanc tractare. Aedeamus librum de gratia & libero arbitrio scriptum ad Vitalium, ubi ex inilitato controversiam dispicit tanta perpicuitate, ut solus Calvinus implicare Augustinianam doctrinam valeat. Pauca prociacem ex Augustino: post Calvini adiciam commenta. Quamquam enim eo oratio mea nunc pertineat, ut exponam dumtaxat, non ut consulerem Calvini de libertate systema; tamen pauca obiter saltem illius commenta explodere oportuum iudicavi.

K. Innumera Scripturarum testimonia in medium promit Augustinus, ut arbitrii libertatem evincat. Cap. 18. sic inquit. Revelavit autem nobis per Scripturas suas sanctus, esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Quomodo autem revelaverit, commemorare quis non humano elogio, sed dorso. Primum quid ipsa divina praecipia homini non prodessent, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faceret liberum voluntatis arbitrium, quo ea faceret ad promissa praemia perveniret. Ideo enim data sunt, ut homo excusationibus de ignorantia non haberet. . . . Ipse ab initio fecit illum, & reliquit illum in manu consilii sui. Si volueris, conservabis mandata, & sperem bonam placiti. Apponet tibi ignem, & caenam tuam. In conspectu vita, & mors, & quodcumque placebit, dabitur ei. Et ea apostrophe videat expressum liberum humane voluntatis arbitrium. Quid illud quod tam multis locis omnia mandata sua custodiat, & fieri iubet Deus? . . . Nolite fieri, scit equus, & mulus, quibus non est intellectus? & noli repellere consilia matris tuae. . . . noli repellere legem. . . . noluit intelligere, ut bene ageret. . . . noluerunt accipere disciplinam. Et innumerabilia talia in veteribus libris divinarum eloquiorum quod ostendunt, nisi liberum arbitrium voluntatis humanae sunt, de semper verbo adirmandi utitur; quo videtur innere, non ipsam agere omnia,

sed nobis partis in agendo aliquas relinquere. . . . Primum aut non animadvertit, aut animadvertere se dissimulat hic nugator (Pighius) Augustinum illis in libris non ex inilitato tractare quid sit, aut quidnam valeat liberum arbitrium; sed obiter eius facere mentionem. Quae esse cum tanto cavillatore disputato vult? Modo Augustinus voce arbitrii utitur, in ut communem declinat invidiam, modo obiter, & non ex inilitato liberi arbitrii questionem versat. Quid est vel in divina Scriptura, vel in Scriptore quolibet tam perpicuum, tam luculentum, quod elidat his effugis nequeat? Sed hinc, Augustinum in *libris ad Marcellinum*, laudatis a Pighio, obiter rem hanc tractare. Aedeamus librum de gratia & libero arbitrio scriptum ad Vitalium, ubi ex inilitato controversiam dispicit tanta perpicuitate, ut solus Calvinus implicare Augustinianam doctrinam valeat. Pauca prociacem ex Augustino: post Calvini adiciam commenta. Quamquam enim eo oratio mea nunc pertineat, ut exponam dumtaxat, non ut consulerem Calvini de libertate systema; tamen pauca obiter saltem illius commenta explodere oportuum iudicavi.

K. Innumera Scripturarum testimonia in medium promit Augustinus, ut arbitrii libertatem evincat. Cap. 18. sic inquit. Revelavit autem nobis per Scripturas suas sanctus, esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Quomodo autem revelaverit, commemorare quis non humano elogio, sed dorso. Primum quid ipsa divina praecipia homini non prodessent, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faceret liberum voluntatis arbitrium, quo ea faceret ad promissa praemia perveniret. Ideo enim data sunt, ut homo excusationibus de ignorantia non haberet. . . . Ipse ab initio fecit illum, & reliquit illum in manu consilii sui. Si volueris, conservabis mandata, & sperem bonam placiti. Apponet tibi ignem, & caenam tuam. In conspectu vita, & mors, & quodcumque placebit, dabitur ei. Et ea apostrophe videat expressum liberum humane voluntatis arbitrium. Quid illud quod tam multis locis omnia mandata sua custodiat, & fieri iubet Deus? . . . Nolite fieri, scit equus, & mulus, quibus non est intellectus? & noli repellere consilia matris tuae. . . . noli repellere legem. . . . noluit intelligere, ut bene ageret. . . . noluerunt accipere disciplinam. Et innumerabilia talia in veteribus libris divinarum eloquiorum quod ostendunt, nisi liberum arbitrium voluntatis humanae sunt, de semper verbo adirmandi utitur; quo videtur innere, non ipsam agere omnia,

„ Nolite vobis condere thesauros in terra: & nolite timere eos qui occidunt corpus: & qui vult venire post me, abneget semetipsum: & pax in terra hominibus bonae voluntatis: & quod dicit Apostolus Paulus: quod vult, faciat: non peccat, si nubat: qui autem statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, & hoc statuit in corde suo ferre, vae virginitatem suam, bene facit. Item dicit: „ Si autem volens hoc facio, mercedem habeo: & alio loco: „ Sobrii estote, iudiciumque, & nolite peccare. . . . Et alibi: „ Omnes qui pie volumus vivere in Christo [E. S. U.], persecutionem patientur: & ipsi Timotheo: „ Noli negligere gratiam quam in te est: & ad Philimonem: „ Non bonum tuum velis EX NECESSITATE esse, sed ex voluntate. . . . Item locum in Epistola sua: „ Nolite diligere mundum: & cetera innumeranda: nempe, noli hoc, & noli illud, & ubi ad aliquid faciendum, vel voluntati in divinis monitis opus voluntatis existit, satis liberum demonstratur arbitrium.

XI. Arrigite aures Calvinianae, aedule animis. Notionem liberi arbitrii exponit Augustinus, sitam non in actione spontanea, sed in facultate indifferente agendi hoc vel illud. Quoties divina Scriptura dicit: Noli hoc, & noli illud: & ubi ad aliquid faciendum, vel non faciendum in divinis monitis opus voluntatis existit, satis liberum demonstratur arbitrium. Quibus aliis luculentioribus vocibus exprime S. Doctor poteras indifferenciam ad agendum, vel non agendum, ad faciendum hoc, vel faciendum illud, ad arbitrii libertatem necessariam esse? Et hanc doctrinam integro hoc libro repetit. Subdit cap. IV. *Proinde, carissimi, sicut superioribus testimonio Scripturarum probavimus sanctam ad bene vivendum, & recte agendum esse in homine liberum voluntatis arbitrium: sic etiam de gratia Dei, sine qua nihil boni agere possumus, quae sint divina testimonia, videamus. . . . In hac re potestatem voluntatis ostendit, ubi ait: „ Non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, ut servet virginitatem suam: & tamen non videtur captivum hunc, sed quibus datum est. Quod? Paulus Apostolus excludit ne necessitatem? Afferunt ne voluntatem nostram habere servandam virginitatis potestatem, ut declinetur Pharisaeorum invidiam? Ne vero esturte quisquam valeat, Augustinum plus ullo extollere humanae libertatis vires, semper addit in toto illo libro, & ubique, ubi de arbitrio sermonem habet, sibi il-*

lud nequaquam sufficere, sed gratia Dei egerere. Nec tamen (continuo ibi subdit) sufficit arbitrium voluntatis humanae, nisi a Domino victoria concedatur oranti, ne intret in temptationem. . . . Homo ergo gratia iuvatur, ne sine causa voluntatis eius iubeatur.

XII. Quid ad haec explorata Augustini testimonia reponit Calvinus? Audi, & obtestetur. Faciam (inquit loc. cit. in respon. ad Pighium) quod hactenus solitus sum. Nominum aliter aptius quam Augustino ipsi mandari posse has partes existimo, ut mentem suam interpretetur. Quid ergo, cum homini liberum arbitrium tribuit, sub hoc nomine comprehendat, postea definit his verbis: „ Voluntas (inquit) in homine semper est libera; sed non semper bona: aut enim a iustitia libera, bona est, quando servit peccato, & tunc est mala; aut a peccato libera est, quando deo servit iustitiae, & tunc est bona. Gratia vero Dei semper est bona, quae prius mala fuerat: per quam etiam fit ut ipsa bona voluntas, quae iam esse coepit, augetur. . . . Habemus, non alia causa liberam dicit voluntatem, nisi quia spontaneo movetur affectu. Pighius autem longe aliter requirit, ut scilicet liberam habeat vel boni, vel mali eligendi facultatem. Libera est, inquit Augustinus, quia spontanea. Verba desunt, quibus Calvinus aulus exprimat. Nos, cavillatoris verba ultrapantes, vere Augustino partes mandamus, ut causam suam agat. non modo S. Pater verba illa, sponte mala, ab ipso Calvino adiecta, non adhibet; sed tanta evidentia indifferenciam voluntatis exponit, ut unus Calvini imponere simplicibus oppositum audeat. Subdole, & insigni fraude Augustini textum detromcatum exhibet, ut suum facere imperitiosum possit. Integrum Augustini testimonium extendit, initium capiens ab ultimis verbis adducto, a Calvino. Per hanc etiam fit ut ipsa bona voluntas, quam esse capit, augetur. Hic sedit Calvinus, pergit vero Augustinus: Et tam magna fit, ut possit implere divina mandata, quando voluerit, cum valde perfecte voluerit. Ad hoc enim valet quod scriptum est: Si volueris, conservabis mandata: ut homo, qui voluerit, & non poterit, nondum se plene velle cognoscit, & ore ut habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata. Sic quippe adjuvatur, ut faciat quod iubetur. . . . Integer Augustini liber transcribendus mihi esset, si vellem ea omnia referre quae scribit, ut indifferenciam effectricis voluntatis ad utrumque extremum patefaciat. Adjuvatur, ut dicitur S. Augustinus, liberum arbitrium, ut decli-

declinato malo, eligat bonum. Si adiuvatur, ergo vivit, ergo operatur, ergo eligit unam prae alia.

XIII. Heine colligas velim, quam incuriae sint, & fetivae Lutheranorum, & Calvinitarum sectae, vel ipsa prima principia, intimo sensu cognita, perfractae negare non reformidant. Non modo labatam libertatem a necessitate clamant Lutherus, & Calvinus; ut proculpi sunt, ut tanti erroris patronum praedicant Augustinum. Tolerari utique episcopus illorum insipientia posset, si in explicanda libertate errarent. At, cum facti veritatem negent incoherentissimam, omnium contra se indignationem concitant. Calvinus ad sidera usque Lutherum exaltat, tubaque contra se indignationem concitant. Calvinus adversus Pighium Lib. I. Non Lutherum initio laetum, sed Deum per os eius fulminasse. Neque nos hodie loqui, sed Deum e calo virtutem suam exorire. . . . Nam, si quis temporis illius statum prudenter consideret, quo exortus est Lutherus, eum alias fere omnes difficultates habuisse cum Apostoli communes videtur: una vero in re inquirere, ac dixerim fuisse eius conditionem quam illorum, quod nullum erat tunc in mundo regnum, nullus principatus, cui illi bellum indicerent. Hic autem emergere nullo modo poterat, nisi eius impetu ruina, & interitu, quod non modo potentissimum erat, sed reliqua omnia, quasi cinixia tenebat. Communes ergo cum Apostolis difficultates Lutherus habuit? Communis ieiunia, itinera, preces, martyrium? Communes sustinuit labores in aequandis solo monasterio, in conitrandis lacris virginibus? Communis ne convivium in modico salis cum diabolo comedendo? Quaevisque Lutheri scripta legit, videt hominem merito ingurgitatum, modo haec, modo illic furentem, bacchantem, atque desumptantem, furis agitatum, & ira. Non incurram, fannionem quae agit; non praecis evangelici perionem sustinet. Non ex hiloricis haec colligo; sed illius opera typis prodita eiusmodi nobis coloribus depingunt Lutherum. Calvinus Lutherum extollit, postissimum quod docuerit, liberum arbitrium rem esse post primi hominis lapsum de solo titulo. . . . signentium esse in verbis, & titulum sine re.

XIV. En quam verum sit nullis nos egeret telibus, ut evincamus, Reformatoris illos Ethnici peiores esse. Illorum scripta, illorum opera testimonium perhibent de ipsis. Bellum indicunt non Evangelio, non doctrinae divinitus traditae modo, verum etiam ipsi libero arbitrio, lumine naturali, & infimo

sensu cuique noto. Lubet pauca alia ex Calvinio transcribere, ut novum praebam lectoribus eadem dementia arguatur. Audi illum loquentem Lib. II. Inq. cap. II. §. 1. *Semper satis mihi vehementer illud Christofolomus plerumque fundamentum nostrae Philosophiae esse humilitatem, inquit, Rector illi irascitur. Quemadmodum, inquit, Rector illi irascitur, quod primam esset in eloquentia ceptis, respondit pronuntiationem, quod secundam, pronuntiationem; quod tertium, pronuntiationem: ita, si me interroges de religiosis christiana praecipis, primo, secundo, & tertio, & semper respondere libet humilitatem. Porro humilitatem non intelligit, ubi homo, aliquante virtutis sibi confusus, a superioribus fastidio abstinere, sed ubi talem se vere sentiat, qui nullum habeat, nisi in humilitate, respectum.* Ut hanc propter humilitatis virtutem in homine excolat, foveat, atque perit ubi haec scribit §. 1. *Hominem peccati ingito ita captivum tenet, ne ad bonum aut vero aspirare, aut studium contendere sibi natura praeter, sufficienter, nisi saltem probatum esset. Praetera distinctio inter conscientiam & necessitatem posita fuit, unde liqueret eum, dum necessario peccat, nihil tamen minus voluntarie peccare. Sed quoniam, dum in servitute diaboli adducitur, illius arbitrio videtur magis agi quam suo, quale sit actionis utriusque genus, expediendum restat: tum solvenda quaestio, an aliquid in malis operibus Deo sit tribuendum, in quibus nonnullum eius actionem intercedere Scriptura insinuat. Aliter Augustinus humanam voluntatem e quo comparat, fessoris naturam expellens: Deum ac diabolum effloribus. Si Deus illi insidit, inquit, perinde ac modicatus & peritus fessor, composita illam regit tarditatem incitat, etiam celeritatem compositis, petulantiam, luxuriamque coeret, peritiamque retundit, in viam rectam deducit. Quod si cum diabolo occupat, insar solidi, ac petulantis fessoris, per mrua rapit, impellit in foveas, per praecipitia devolut, ad concumaciam, severitatemque insigat. Tandem concludit voluntatem, satanae prestigis fascinatam, illi feda omnem ductum obsequentem necessario prebere.*

XV. Verum, ut paucis rem expediam, dicant nobis Lutheran!, Calvinianique: in quo differunt a brutis Christiani in genere modo? Spontanea agunt bruta; spontanea tantum operantur Christiani, iuxta Lutherum, & Calvinum. Nullo ergo pacto in aeterna salutis negotio a brutis differunt Christiani? Spoliatus calcibus donis vit primus homo,

lra natura ipsa; at extincta anima non fuit. Ergo neque liberum arbitrium, quod necessarium amittant consequitur. Qua ergo ratione extat anima, & arbitrium? Laeta anima, facultatum arbitrium. Nihil, sine virtibus rectum, supernaturale valet; quemadmodum nec infirmis se erigere suis viribus potest; at alterius opo adiutus valet. Infirma est anima, infirmum arbitrium; verum tamen tum anima, tum arbitrium vivunt, vita utriusque naturali, & gravissime infirma; at vivunt tamen. Ergo divini medici gratia sanata anima, sanatum arbitrium vivunt vita supernaturali. Vivunt? Ergo agunt. Agunt? Ergo iuxta vii naturam. At natura liberi arbitrii, testibus Luthero, & Calvino, ut a Deo conditi, ante peccatum in hoc sita erant, ut, exclusa necessitate, indifferentiam haberet. Hæc indifferentie essentia extincta non est, sicut non est extincta anima. Ergo natura liberi arbitrii etiam post peccatum suam agunt essentialem indifferentiam, infirmam quidem, & impotentem ex se ad quodcumque opus supernaturale. Ante peccatum factum erat arbitrium, robustum, validum. Post peccatum, infirmum, imbecillum, vulneratum. Gratia sanare eget, ut astringat, ut opera, arena mercede digna, producat. Et ut pressius urgeam, & ad incitas redigam Lutheranos, Calvinianosque, si qui tamen heresim hanc Lutheri, & Calvini hodie sequuntur (nam moderni Lutherani Pelagiani potius quam Lutherani sunt) Lutherus, & Calvinus libertatem indifferentiam admittunt ad opera naturalia, & civilia, ut sunt edificare domos, colere vineas, pollicum societatem moderari &c. Hæc homo libere libertate indifferentie operatur: ergo propter aliquem finem honestum, vel inhonestum. Actiones quippe humane deliberate hæc & hæc, seu ut dicitur, in individuo, non sunt indifferentes, quemadmodum vera sententia docet, de qua infra. Bona ergo, aut male fit necesse est. Præterea quid impedit quominus, Dei gratia insante, hoc indifferens arbitrium, ad ordinem supernaturalem elevatum, bonum operetur libere? Libere libertate indifferentie voluntas operatur in ordine civili. Ergo hoc liberum arbitrium, gratia divina elevatum, & roboratum, libere libertate indifferentie, quacumque necessitate relecta, bonum morale operabitur. Antilogie semetipsos perimunt heresiarchæ illi.

XVI. Ut plenus Lutheri, Calvinique systema de libertate pateat, pauca ex Concilio Tridentino, & ex *Altiduo Calvini* in prefato Concilio delibanda sunt. Sacra Syno-

cus tribus canonibus sequentibus Lutheri, & Calvinii doctrinam de libero arbitrio prohibet *sess. vii. Can. xv. inquit: Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat, ac preparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti in ravinum quoddam, nihil omnino agere, merereque passivo se habere, anathema sit.*

Can. v. *Si quis liberum hominis arbitrium post. ad. peccatum amissum, & EXTINCTUM esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum finire, signatum denique a Satana inveltum in Eclesiam; anathema sit.*

Can. vi. *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non permittisse solum, sed etiam proprie, & per se, adeo ut sit proprium eius opus non minus prodituro loco quam vocatio Pauli, anathema sit.*

XVII. Audiamus nunc superciliosum Calvinum, qui infatis tibiis Patres Tridentinos sibilandos aggreditur. Hæc (inquit) moderatio est, quam tenent venerandi Patres ad errores corrigendos, quos de justificatione hominis nostra ætate extorsit esse dicunt. Sic quidem præstantur, ut intio nihil sperent prætor Christum: Sed? cum ad rem ventum est, multum abest quin illi relinquant quod suum est. Immo nihil tandem aliud continet eorum desinitio, quam triam illud Scholasticum dogma, partim gratia Dei, partim operibus propriis justificari homines, ut aliquando te magis verecordes ostendat: quam fuerit Pelagius. De morefustellis, & cavillis, ne dicam mendacis, rem agit vater homo. Totum iustificacionis opus quæ sit, non partim Dei, partim creature: quia quicquid in hoc negotio homo agit, vi divine gratie prevententis, & adiuvantis agit. Verum, non eo meum spectat institutum, ut Calvinii errore convellam, quod docti Catholici præclare iam præstiterunt, sed ut Calvinianæ doctrinæ de libero arbitrio infirma nativis coloribus depingam. Quare quæ persequitur ille, transcribo. *Libertum arbitrium pronuntium viribus fuisse attenuatum, & inclinatum, non tamen EXTINCTUM. De nomine non litigabo; sed, cum libertatem minime fuisse EXTINCTAM contendam, hoc fene intelligam, aliquid restare facultatis humane voluntati ad bonum dirigendum. Ut enim non est INTERITUM, illi saltem aliqua est vitæ portio. Tollunt deinde omnem ambiguitatem, cum attenuatum dicunt, & inclinatum. Dabacchar in Patres, quod attenuatum dunt.*

dumtaxat esse, non extinctum desinant liberum arbitrium. Adversus hanc Tridentinæ catholicam doctrinam adeo furenter irumpit, ut in spiritum vidas fœroem, radiantis libelluctantem. Perfrecte extinctum penitus oblitantem electionis & indifferentie arbitrium contendit. Quare subdit: *Sed insistant Propheeta verbis, quod conversionem a nobis exigendo liberum arbitrium compeller: quod frustra faceret, eorum quidem opinio, nisi aliud quod esset liberum arbitrium. Fateor sane absurdas fore eiusmodi locutiones, nisi esset aliqua in homine voluntas. Non tamen propterea concedo, liberam obsequendi facultatem videri posse colligi. Valde enim nocivus esse opus venerandos ipsos Patres, si ex præcepto affirmant quid valeat homo, cum deo potius requirit a nobis Deus, quod supra vires nostras est, ut, imbecillitatis nostre correctis, superbia omnem exuamus. Meminerimus ergo, aliud esse voluntatem in homine, aliud liberam boni ac mali electionem. Sublata enim post lapsum primi hominis eligendi libertate, sola voluntas relicta est, quæ sub peccati tyrannide captiva usque adeo tenetur, ut non nisi ad malum feratur. Audisti humillimum Calvinum, qui, ut, superbia pulla, humilitatis virtus colatur, extinctam alleit arbitrii libertatem? Ut superbia omnem exuamus, truncos, & silesites in boni electione nos Deus voluit? Quam fuerit hæc superbia extorta, & denudatus Calvinus, ex his quæ recentis, & ex his quæ continuo additæ, colligere quisque potest. Scholasticorum nugis amplexatus esse Tridentinos Patres effudit ubanissimus heresiarcha: sic enim clamat. *Asserunt (Tridentini Patres) gratia Dei nos preparari ad percipiendam iustitiam; sed huius gratie partes assignant excitant, & adiuvant, ut ipsi libere cooperemur. Nempe putidas veritas hic audimus, quas in Scholis delaterrare Sophiste solent. Ita ex tripode definit sapiens ille Plato. Sophista ne Paulus: inquit I. Cor. xv. Gratia eius in me vacua non fuit; sed abundantis illi omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Sed quid divinas Scripturas oppono homini, vel ipsi primis naturæ lumine notis principis potestere reluctanti? Voluntatem anime rationalis non extinctam Adami culpa fateatur: & hanc liberam anecessitate esse inficiatur? Hæc duo non minus pugnant quam hominem non esse hominem, lapidem non esse lapidem. Voluntas enim animæ rationalis aut non est, aut, si est, libera ad bonum, malumve eligendum si oportet, nisi extra hunc viæ istarum constituta, aut infirma beccitate clare viâ, ita pleniſſime la-**

turatur, ut nequeat nisi bonum velle, aut æternum damnata, ita obtineret in malo, ut prætergredi iniquitatis confinia amplius non possit. Acutum itepe dixi Calvinum; elegantem, eloquentissimumque Scriptorem læpius appellavi: sed, dum religionis dogmata exponit, sive odio percutis, sive cæcitate calligine obductus, litipitem & truncum frequentissime se exhibet. Nihil de libero arbitrio scripturum quod a suo magistro Luthero elegantiori quidem stilo non transcripserit; & non minus ac Lutherus proprio se conditit mutans.

XVIII. Ut superius dixi, non eo oratio mea pertinet, ut Calvinianam doctrinam profiligam, cum id sapientes Theologi pegerint; tamen, occasione data, temperare mihi haud valeo, quin obiter saltem lectorem oculis immittam, unaque iustissime doctrine horrorem, atque feritatem exponam. Quid? Abs stirpe primi criminis, liberatæ iustitiam reperitur? Amittam tum primum libertatem, veritas caelestes opes, extinctum rationis lumen, cupiditatum dominatæ captivum animum, libidinis tyrannide contritum voluntatem, totam denique virtutem vociferantur novi Septemtrionis Apolloli? Natura illa, quæ primum celestium donorum copia affluebat, non alius nunc est quam luteulenta vitiorum, & omnium lestem, atque bestiorum perpetua sentina? Quid inquit Peenâ ergo luanr homines, quod voluntate primi parentis peccaverunt. Deus per Moysem, deinde per Christum Dominum gravissima præcepta, & sublimem divinamque legem levantem impoluit, quibus? Homini bus omni eligendi libertate desititit? Deum ergo, non modo initium, sed iniquum, ferum, crudelem, truculentumque facis. Novit Deus homines compediis devinctos teneri, & eos ad percipiendam iustitiam, in braviu accipiant, arget? An initibus ille non ferat qui Chris hominibus novum aliquod præceptum, novamque legem imponeret? Præterea, quid, Luthere, & Calvinus, reformare Christi Ecclesiam molimini; si desititio libertate mali vitandi homines laterat? Quid crocitas Calvinæ? Peenâ dicitur esse homo, quoties voluntas adit: tametsi necessitatis catena obstricta? Quis enim vult peccare, quamvis necessario velit, peccat. Quid, si tales nugas a Sophista quopiam audires? Digna ergo bruta luti premio, & penam levitate plectenda, quod non coadit, sed ipso agant? Quid interer quod sponte agant, si tamen necessario operantur

homines? Cur qui coactus peccat, a supplicio liber est? Non alia ratione, nisi quod vitare peccatum, quod committit, non potest. Sed neque qui necessario delinquit, evadere delictum valet. Sed quid ultra proveher aduersus homines qui humani generis iudicium contempnunt, qui nature vocibus ausus occludunt, qui omni exuta fronte, quidquid in buccam venit, effundunt? Cuius in mentem venisset, tam monitiora errorum portenta conspici vel a demensissima piebecula potuisset?

XIX. Si ad Turcarum, Iaponum, & cuiusque esse nationis tribunal hinc causam errarem, omnibus suffragis definiretur, Lutheranos, & Calvinistas omnium, quotquot in mundo sunt, sectarum esse demensissimos, quod magistrorum loco habeant Lutherum & Calvinumque, tantorum parentes erunt? Quid? Lutherani, Calvinianique plures hodie liberum fatentur arbitrium, & a pseudo-patriarchis suis recedunt. Ita ne vero? Agnoscent ergo suorum Patriarcharum errores castissimos, qui sanctius dirunt pietatis, iustitiae, fortitudinis, & cuiusque religionis fundamenta. Subiatis quippe libertate, corruat religio omnis necessum est; ut fatentur totius humani generis Sapientes. Porro quae tollitoris reperiri lecta valet praesilla quae tales duces sequitur? Fatentur Lutherani, Lutherum negasse libertatem voluntatis humanae; & Lutherum hunc *Beatum Martinum* appellanti, & a Deo electum ad reformandos corruptos Ecclesiae mores asserunt? Similes ne unquam Prophetas Deus elegit, qui populum deciperent in capitali religionis principio? Non est ergo quod reponat, 4e errores detestari Lutheri, cuiusque veras tantum doctrinas amplecti. Quoniam, si errorum, & quidem gravissimorum, magistrum fatentur Lutherum, eundem mendacem reformatorum, verumque seductorem fateantur oportet. Plurima, quae dicenda occurrerent, praeterire, quod iam suo calamo Theologi catholici delirantium Calvinillarum, & Lutherianorum absurda de libertate commenta penitus profligaverint.

§. II.

Christiani Thomasia, Budei, Pfenendorfsi, & aliorum Lutherianorum de libertate opiniones.

IN libertatis dogmate caecus, & furens cum fuerit Lutherus magister, cacci sunt oportet discipuli qui diversas trahuntur in

partes, more scilicet turbarum, quae abique duce vagantur. Lutherianorum pars maior, Luthero neglecto in hac controversia, libertatem indifferenter propugnant. Hos inter est Pfenendorfsius, qui de iur. nat. & gent. Lib. I. cap. iv. libertatem defendit. Contra Christianus Thomasia in suo de iur. nat. tract. libertatem absolute negat, Paucia transcribam. Et primum redarguit Budeum, quod modo admittaverit, modo negaverit libertatem. Inquit ergo Lib. I. cap. 1. de nat. homin. moral. §. 132. *Hic disputo contra dominum Budeum, qui cum ei placerent quidem nonnulla a me in doctrina moralis inventa, qua ipse cogitabat cum Ethica scholastica combinari posse, sed facile tamen videret doctrinam de pluribus voluntatibus unius hominis cum multis systematibus scholastico-theologicis non facile combinari posse; peculiari disputatione defendere voluit, unam esse singulorum hominum voluntatem. Operam ut viri clarissimi ipse operam dedisset inventendi veritatem, & inquirendi in naturam voluntatis... In prima editione Ethices huc haec communem scholastica Philosophia doctrinam secutus, sequentem inter intellectum & voluntatem posuerat differentiam cap. 11. §. 30. „ Inter intellectum „ & voluntatem discrimen intercedit ratio „ ne modi operandi. Intellectus enim est po- „ tentia necessaria &c... Ast a voluntate „ homo habet tum quod sponte agat... tum „ quod libere agat.*

II. Refert Thomasia alium locum Budei, in quo libertatem coarctat ad actiones externas. Id vero tantum intelligendum est de actionibus externis, quas ita temperare homo potest, ut, licet necessario appetat, ad quas per suas cupiditates fertur, primum tamen, & primum cogitatione moveat voluntatem in alteram partem, & sic a criminum perpetratione eandem retrahat. Ex quo patet, quomodo, sublata licet omni libertate, leges nihilominus parva atque premii locum habere queant. Multo itaque minus homo libertate gaudet virtutis vere operande, saltem quando sibi relicta, nec divino lumine collustrata est.

III. Deinde sic relinquit suam orationem Thomasia. *Cur tam astute dissimulat viderendum, quod sententiam melius edoctus mutaverit? Cur per verba, inquit, mihi videntur &c. lectorem seducit?... Agitur de libertate non istius hominis, sed in specie de libertate ingra voluntatis. Vulgaris illa & perpetua libertas interna voluntatis sui potestatis necessaria, non libera. Et tamen iam contra asseritur, hominem habere libertatem. Quo ve-*

ro intuitu? Si intuitu voluntatis, aperta est contradictio; si intuitu alterius cuiusdam potentiae, mutatur status controversiae. Adde, quod nec negandum propriam confessionem, nullius partis, aut facultatis respectu, arbitrium vel libertas homini possit tribui. Contingit vero Lutheranus ille, tres in homine reperiri voluntates. Inquit enim §. 132. *Eadem ratio ostendit, quod actiones voluntarie non possunt dari ex communi & una voluntate.* Subdit §. 135. *Quod vero voluntates istae tres non solum sint oppositae, sed & revera pugnant, monstrat partium earum natura, partim effectus, tum in singulis, tum in diversis hominibus. Si tres voluntates diversas admittit, tres quoque animas differentes admittit oportet. Rationem vero cur hominem libertate denudet, assignat §. 97. Nam, si voluntas sequi debet intellectum, necesse est ut intellectus semper esset rector. Atqui fatentur dari etiam intellectum corruptum: hinc ergo voluntas non debet sequi. At voluntas non habet potentiam necesse, uter intellectus sit rector, vel corruptus; cum omne iudicium pertinet ad intellectum. Ergo voluntas necesse semper sequi debet. Ergo, si dum nescit, natura sequitur, imprudenter facit. Tandem §. 118. haec adiecit. Illi vero, qui libertatem electionis omni voluntati humanae tribuunt, ex eo in errorem hunc delapsi sunt, quod uti humano generi unam eandemque naturam tribuerint; & cum observerint, quosdam homines singulos non ita difficulter, id est voluntate sua parum repugnante, committere quasdam actiones, putarunt & alios eoque facile id facere posse, & velle saltem sua libertate uti. Porro, cum unam voluntatem tribuerint etiam singulis hominibus, & tamen senserint actiones hominum externas saepe procedere pugnant in animo internam, & tamen nulla facultas animae possit pugnare cum seipsa; vel simpliciter dixerant pugnare cum appetitu, vel insuper tertium quiddam fuisse, pugnare appetitum sensum cum intellectu; voluntatem vero hinc esse, tangham tertium quandam facultatem liberam, & eligere posse, utrum appetitum velit sequi, utrum intellectum.*

IV. Haec referre libuit, ut novum argumentum respiciendi praerem illis qui propter tantum libris delectantur in addidenda veritate naturae officis. Monitiora commenta Thomasiae palam faciunt, apud novos Septentrionis hereticos quemque pro ingenio suo dogmata dogmata nova. Nihil apud eos certum, nihil fixum; ordo nullus, consilio perpetua. Tot lecta, quot cerebra. Diverstarum naturarum homines effingit Thoma-

sia. Tres in quolibet homine commentus est voluntates, omneque deliratus libertate a Budeo modo propagavit, modo de medio fataliter libertatem. Nulla audet Protestantia lex, quae petulantia, & insolentia ingenia coerceat. Providentia, quae in ordinem, & intra definita coenobia continere essentem opinandi temeritatem, *Papissimum* redoleret: idcirco, excusso cuiusque moderamine iugo, vidas novas Lutherianorum, Calvinitarumque turbas, Andabatarum more belligerantes, non de rebus quae abique religionis insperendio in utramque disputari partem valeant, sed de ipsi primis religionis capitibus, atque fundamentis. Festiva commenta trium voluntatum, humanaeque naturae diversae, a Thomasia fabricata, ritu & sibilo, non argumentatione, resellenda censuimus. Quae contra libertatem opponit, vanissima lant sophistata. Voluntas, inquit, potentia caeca est, quae intellectus errores corrigere non potest. Intellectus potentia est necessaria, & erroribus obnoxia. Ubi ergo libertas indifferenter? Nuge haec sunt, Lutherano viro dignae. Si arenam ex una parte, lapides ex altera, & ex altera calcem colloces, pariter non conflues? Non separatum, sed simul coniuncta haec duae potentiae, intellectus, & voluntas, liberum conlittantur arbitrium. Adde quippe confederatae sunt, & reciproca indigent ope, ut una abique altera nequeat libertatem constituire; quemadmodum nec oculus sine lumine, nec lumen abique oculo producere visum potest. Si Lutherani cuiusque similibus veritates, intimo sensu nugas notas, negare audent; quid mirum, si tanta insolentia audacia adversus religionis divinae mysteria?

§. III.

Heresiis Ianseniana de libertate, in tertia propositione contenta: ad merendum, & demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione: paucis perstringitur.

IN duobus praecedentibus paragraphis idcirco, circa pravam & impiam doctrinam Lutheri, Calvinii, & aliorum hereticorum contra arbitrii libertatem propriis ipsorum verbis fuo calamo excolui, ut viam mihi pararem faciliorem ad constituendum plenum in lumine Ianseniano systema contra libertatem indifferenter, non minus quam ovam ovo, Lutherano, & Calviniano simile. Lutherus, ut

ut vidimus, omni freno excusso, laxatque habens, & familiaris suo furore abreptus, impotenter contra libertatem humanam debacchatus est. Ita extinctum per originale peccatum contendi liberum arbitrium in genere morali, ut sit mera *figmentum*, purum putumque *visum*. Admittit tamen spontaneam libertatem a coactione immunem. Lutheri doctrinam adoptavit Calvinus: sed huc singularis eloquentia vi, elegantia lenocinio, verborumque fucis horridam eiusdem asperitatem delimitre & quassa luce vastissime ludit.

Dependit enim, penitusque extinguitur per originale crimen in genere morali & ille progreditur libertatem indifferentem ad bonum & ad malum: quam libertatem plenissime ante lapsum protopateris humani generis possidebat. Liberum tamen hominem vitiosum esse defendit, atque elata voce clamat, se pro heretico habere illum qui liberum esse hominem pernegat. Quo in sensu? Quia homo non *coactus*, sed *sponte*, licet necessitate ad unum determinatum devinctus, & veluti actus, agit. Ex quo inferit, humanam libertatem sub gratia divina mere *passive* se habere. Hæc est sincera imago heresis Lutheranae, & Calviniana de libero humano arbitrio, ut ex utriusque hæreticorum productis testimoniis manifeste constat.

II. Porro, quemadmodum Calvinus doctrinam Lutheri, ita Iansenius doctrinam Calvinii complexus est, totamque adoptavit. Ergo arte Calvinus temperare Lutheranae heresi horrorem coactus est, eadem prolixius Iansenius longe quæsitis pigmentis Calvinianam heresim delimitre, atque cavillatoris commentis incantare veritate perentivam. Post sedulam tum Calvinii, tum Iansenii lectionem, & utriusque comparatione facta, evidenter deprehendi, doctrinam Calvinii totam immigrasse in Augustinam Iansenii; atque Iansenium de libero arbitrio continenter *calvinizare*, & medullitus Calvinianum; non ambigue, sed evidentissime sese prodere. Eadem argumenta, eadem obiecta, responsa eadem, effugia, latebra, sophianata, & in Theologos, quos Scholasticos vocant, sœcumatæ, dictæ omnino eadem. Distinguen unicum est, quod Iansenius plurima conciliat S. Augustini testimonia, præcipua tamen, quæ facillime impertitis negotium possent, iam Calvinus prius mediis in hæc produxerat. Ne multa, quæ Calvinus præse, & Attica oratione complexus est, Iansenius amplificavit, auxit, inflavit. Si ex instructo oppugnare Iansenius canones Concilii Tridentini, quos supra rescipit, & bullas S. Pii V.

Gregorii XIII. atque adeo Ecclesie catholice doctrinam destinasset, æffrenatus scripturæ novissimus, ut mox contabit. Non infector, quandoque Iansenium scripto suo intexerit & interpretamenta, & distinctivumculas, quibus & Concilii canones, & Pontificum bullas revereri, & cum eisdem suam conciliantem doctrinam iactat, eamque ut catholicam divendit imperitis curat. Verum reipso omnia deridet, contemnit, & tam aperte & directe se se & Concilio, & bullis opponit, ut illiberalis scribere negavisset, si data opera, quemadmodum Calvinus in *Antidoto*, & *Remittit* in *Examine*, carperet canones Concilii Tridentini, præfataque bullas voluisset. An bona fide id egerit, Deo reservatum iudicium est. Si protestationem in calce operis adiecitam præfatus Catholice; si opus ipsum legeris, Calvinianum manifeste deprehendes. Si eisdem acutum, conditionem, scribendumque artem expendere, colligere, scribendumque artem expendere, colligere, ipsum latere minime potuisse Ecclesie catholice doctrinam, neque illi desuisse phrasas, negotia, & opportunos, quibus exprimitur, interpretari, & declarare pro dignitate tum Concilii, tum apostolice constitutionis articulos potuisset, si huc sua molimina læstassent.

III. Quare diligens severaque Calvinii, & Iansenii lectio, amborumque conlatio duo in me summi opere miranda excitavit. Primum, repositos fuisse homines adeo partium studio obsecratos, quos pernegare minime pudent, heresim quosque famulatum propositionum in Augustino Iansenii reperiri. Siquidem non minus patentes, atque basilice Iansenius, ac Lutherus, & Calvinus, affirmat, penitus extinctum esse in genere morali liberum arbitrium post Adæ lapsum. Ex quo heretico articulo cetera proficiscuntur. Porro hunc articulum non obiter, non latenter, sed claritate proterva, & sola oratione probare, & confirmare adititur, ut mox evincam. Heinc colligit peccatores homines æque ac demones ad peccandum necessario obstringi, liberolque dumtaxat dici, non quia a peccato abstinere valeant, sed quia hoc, vel illud peccatum patrare possint. Quamobrem, sancti demones haberentur illi qui negant, in libris Lutheri, & Calvinii reperiri heresim contra libertatem humanam in sensu Lutheri, & Calvinii, ita profecto mentis sanitate laborant illi qui negant, præfatas propositiones extrare in Augustino Iansenii, & quidem in sensu Iansenii, seu in sensu quem producant in opere Iansenii, tum germanus Iansenius hereticæ doctrinæ, non ex corde, sed ex opere Auctoris colligi valeat. Alterum quod

quod me admiratione defixum suspendit, est, Theologos catholicos existisse, qui systema Calvinio Iansenianum confundere cum doctrina Thomistarum, sive quorumque Catholicorum aut fuerint, & Calvinismo-Iansenismo terrissimam maculam obicille Thomistas; uter alios obiect P. Annatus. Prolixam, crediturque apocrypham Thomistarum P. Gonet edidit, & P. Annatum fuisse defraict, atque pluribus Iatissimam Thomistas inter & Calvinio-Iansenianum discrimen patefacit. Omnis ego omnibus que P. Gonet, & ceteri Apostolice adduxerunt pro Thomistica Scholæ, sola descriptione doctrinæ hereticæ Calvinio-Iansenianæ, tanta evidentia demonstrabo, Thomisticam Scholam, omnelque catholicos Theologos non minus ac internum a Paradiso dilare a systemate Ianseniano, ut ita loqui qui ad sensum communi carent, auribus doctæ Iansenio-Iansenianæ ignorantia obsecrati sunt, audeant in Calvinio, & Iansenio suspitionem invidiosissimam Thomistas, sive quorumque catholicam Scholam adducere. Optime P. Gonet advertit, solam proprie ad hæc causam defendendam necessitate obstrinxisse P. Franciscum Annatum cum ceteris, ut hanc chimericam imposturam excogitaret. Ad rem accedamus.

IV. Sola tertia damnata Iansenii propositio evincit, eandem proferri esse Calvinii, ac Iansenii de libertate heresim. *Ad merendum, & demerendum in statu nature lapsæ non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.* Hic autem est totus focus hereticæ Calvinianæ doctrinæ, ut consistit vel ipse Honoratus Turnely de grat. Christi part. 1. pag. mlii 265. *Hæc autem sententia eadem est ac CALVINII, qui nunquam eo sensu negavit liberum arbitrium, quasi actio non voluntatis libere non esset voluntatis, sed eo in sensu, quod negaret nobis ineffe indifferentiam ad utrumlibet.* Consule que supra ex Calvinio adduxi: & inde colliges, hanc facti veritatem extra disputationis aleam constitutum esse.

V. Habemus itaque Iansenium, non secus ac Calvinum, negare libertatem indifferentem, a necessitate immunem, in hoc statu nature lapsæ. Illud nunc est reliquum ut videamus, num ex eodem principio quo Calvinus, suum quocumque Iansenium deducat errorem. Supra evidenter patefecit, Calvinum, non ex gratiæ efficacitate, non ex decreto prædeterminante negare libertatem indifferentem. Nullibi in operibus Calvinii, nisi oculi hinc fefellerint, vel leve de hoc vestigium. Sed contra, quia extinctum per peccatum ori-

ginale arbitrium indifferentem contendit, ideo cum Lutero colligit, hominem necessario agere, gratiamque divinam ita voluntatem humanam, *passive* se habentem, impellere, ut hæc dissentire nequeat. Ex hoc venefico fonte suos derivavit Iansenius rivales. Luculentissimus Iansenii testimonis, quod propositum, evidenter demonstrat. Hæc autem Iansenius Lib. III. de statu nat. lapsæ cap. XIII. scribit. *Ex quibus omnibus recte colliges, non alia sensu post lapsum ante reparationem superesse libertatem arbitrio ad bonum, nisi quia arbitrium est tantummodo capax boni, hoc est quia, Deo quod AMISSUM est reparante, actualiter libertatem arbitrii boni faciendi recipere potest.* Luculentius hoc idem explicat Lib. IV. de grat. Christi. cap. ix. ubi hæc habet. *Veru itaque ratio, cui celestis delectatio ad actum bonum necessaria sit, ex natura medicine hæc modicioribus adiutorii petenda est. VOLUNTAS ENIM PER PECCATUM PRIMI HOMINIS IN LIBIDINUM IMPERIUM PRÆCIPITATA EST. Ex quibus fit, ut in omnibus actionibus ante gratiam delectatione quadam libidinosa præcureat, ac trullante procedat, cui consentiendo peccat.*

VI. Hæc est clavis prima, & potissima Calviniana, & Ianseniana systematis, qua præ oculis habenda semper est ab his qui veram Calvinianæ, & Iansenianæ doctrinæ imaginem contra arbitrii libertatem exprimeere velint. Heinc est quod Iansenius in statu innocentie Molinianus fit, gratiamque vastatim propugnet. Hanc vero libertatis iacturam, a peccato originali investitam, colat in libidinose imperio, ita dominante, & captivante voluntatem humanam, ut nullam hæc retineat activam indifferentiam ad utrumlibet. Heinc inferit duplicem illam delectationem, terrenam unam, & celestem alteram, eam duo pondera, quibus, veluti calvina, premitur, agitur, urgetur humana voluntas. Si delectatio carnalis prævalat, necessario voluntas peccat; si delectatio celestis superior & victrix fit, necessario voluntas bonum operatur. Has duas delectationes simul belligerantes, & de victoria certantes, effusa oratione describit de *Stat. nat. lapsæ*. Lib. II. cap. xx. ubi hæc habet. *Consistit illud delectationum spiritus non potest, nisi altera alteram delectando superaverit. Et est totum animæ pondus vergat. Quia enim amplius delectat, secundum id operum necesse est. Vigente enim delectatione carnali, IM-PERIOSUM est ut virtus, & honestatis conscientia prævaleret. Rursum Lib. VIII. de grat. Christi. cap. ix. inquit: *Delectatio virtutis, que**

eius actibus sed sensus eius est, indantem esse peccandi necessitatem in OMNIBUS actibus Hanc eius doctrinam, quam brevissime fieri poterit, variis argumentorum classibus confirmabimus. Et rursus confirmare illam persequitur pluribus capitulis usque ad libri finem, immo toto Lib. IV.

XII. Opponit sibi Lib. II. cap. xxv. hanc a S. Pio V. damnatam thesim Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo quod necessario facit. Hoc autem responsum prebet. Necessitas peccandi ad Augustino tradita solum est necessitas in genere, ex qua fit ut non possint homines ante gratiam agere nisi male. Hinc autem non impedit quominus in peccatis singularibus perpetrands liberam & indifferentem ad faciendum, & abstinendum habeant voluntatem. Sic enim & demones necessario peccant; & quominus in singulis actibus peccatum non necessitate, sed voluntate libertate committant; sicut non ignobiles etiam recentiores doctores docent. Hoc idem responsum retulit cap. xxi. aliud tamen addit, nempe quod necessitas illa hypothetica sit, libere in Adamo volita. Talis enim necessitas (inquit) non nisi ex hypothesis precedentis libere determinationis nascitur. Nec aliud verum est nisi prima libere voluntatis perpetuata, & immobilitas Non igitur ergo illa prescripta propositio de tali necessitate male voluntarie hypothetica sed de necessitate potius absoluta. Interpretamentum istud non dico crasum inceptumque esse, sed addo bona fide a Ianzenio obrudi non potuisse. An ignorabat ille, omnes ad unum Theologos negare, talis esse libertatem quam habuerunt posteri in primo parente ad peccata actualia? Hoc eius interpretamentum damnavit Alexander VIII. proposit. 1. Calumnia nimum impudenter Ianzenius tum hoc cap. xxv. tum cap. xxii. tum alibi imponit Scholasticis, quasi isti docuerint, ad peccandum fact esse hominibus vitioribus libertatem contradictionis, aut libertatem illam qua fruuntur demones, patrandi videlicet hoc, aut illud peccatum, sed necessitate iniqui finis obstricti, & devincti. An latuit Ianzenium, catholicos Doctores omnes requirere libertatem contrarietatis? Purgent, si valent, eiusdem discipuli hunc suum magistrum ab iniquo decepti animo.

XIII. Ad hanc propositionem xxv. Bani proscriptam, Omnia opera infidelium sunt peccata, & Philosophorum doctores sunt vitia, hanc reponit cap. xxvii. eiusdem Lib. IV. Utramque partem enim tam constanter, & luculenter, tot modis Augustinus tradit, ut, si illa est doctrina in universis lucubratiombus

eius manifesta, & minus obnoxia cavillationibus, illa emittat inter omnes. Unde etiam triacas omnes, quibus doctrinam eius obvolvunt nituntur quidam recentiores, minus vestiti in principis eius, dissolvimus. Quod, si illis non obstantibus, licet Augustinus alio de quaere; sicut enim a sum dicere, nos Frustra bonos sanctiorum Patrum auctoritate premeret, quos tam licenter ad nostri temporis doctrinam detorqueamus. Nihil enim est in toto Augustino tam clarum de gratia, vel de quolibet doctrine capite, quod non probabilioribus glossis in alienos sensus pervercatione quisque adversarius verteret Cur ergo, inquit, profectio sunt? Idcirco, inquam, quod altera sententia Scholasticorum Iudicis, humanas magis rationes, quam ecclesiasticam traditionem attendentibus, in scholis esset receptor, atque tritor. Quis enim scelerat, esse nubem Scholasticorum, qui nonnulla opera bona in infidelibus agnoscent, & Philosophorum virtutes, non vitia, sed virtutes esse profectur? Sed quantumvis illi numerosi fuerint, non possunt ecclesiastica doctrine per Augustinum adversus Pelagianos consistere utque ad atomum citra iter primorum Scholasticorum, quasi per manus tradide, illum esse proedicunt. Hoc tamen egit summorum Pontificum prudentia, ut quia Scholasticorum disputationibus Augustini doctrina ita erat obsecurata, & interpretantibus plausibilibus quidem, sed ab eius mente remotissimis, quasi obruta, ut, quomodo esset vera illa, & ab Augustino asserta sententia, dissimulata discerni posset, altera pars sine practico veritatis tantisper reseraretur, tanquam que occurreret, quasi novitate nostri temporis Doctores, vetustate eius insidiosus, offenderet, scandaloque pertunderet. Non enim veritas tantummodo, sed & pura Ecclesie Praefectus cura est, cuius interitu etiam veritas apud homines plerumque periclitari solet.

XIV. Hanc omnia, licet aliquantulum prolixiora, rescribere volui. Quorum? Ut illa convellam? Id si praestarem, ad infinitum meo recederem. Cur ergo? Ut id quod propositi, evidentissime demonstrarem, nempe, Ianzenium in articulo de libero arbitrio perpetuo calvinizare, & eandem profus, ad hoc quod attinet, cum Lutero, & Calvino docere haerem, extinctum nempe penitus esse per peccatum originale liberum hominum arbitrium. Hunc dumtaxat institutum meum pertinet, ut heinc postea concludam, quanta laboraret ignorantia illi qui Calvinismum & Ianzenium obiciere sive Thomistis, sive cuiuscumque Catholicorum schola, audent.

XV.

XV. Ceterum adeo monstrofa commentaria, quibus suam (adulterare, dixerim, an fucare?) haerem Ianzenius conatur, ut abstinere vix possim quin obiter, & per transennam unum & alterum verbum faciam. Quis non se commotum sentit, dum sola interpretamenta legit in damnatam propositionem Baianam? Quid? Romana Sedes damnavit illam propositionem, doctrinam Ecclesie continentem, Ianzenio iudice, ne Scholasticorum nubem offenderet? Ubina, quales, sunt extra hanc Scholasticorum nubem soles, seu Doctores Theologi in universa Romana catholica Ecclesia, qui oppositum aliquando docuerint? Errantur ergo omnes Ecclesie Doctores a saeculo XIII. usque ad Lutherum, Calvinum, & Ianzenium? Ea est Episcopi Irenis moderatio, & humilitas, ut omnibus sui temporis Ecclesie Theologis Doctoribus bellum denuntiet, & Augustiniana, immo catholica, doctrina, ut ipse ait, ignorantiam exprobet? Et hanc Augustiniano-catholicam doctrinam Romana Sedes tantisper vetavit, proscriptam, utpote vetitum, ne Doctores nostri temporis, vetustatis illius infidus, offenderet, & perturbaret? Praefectis Ecclesie non veritas modo, sed pax etiam cura est. Dubio procel. At namquid Romana Sedes catholice veritatis dispendio pacem curabit? Anathema in innocentissimam, sanctissimamque evangelice doctrine veritatem intorquetur Romana Ecclesia, ne turbam Scholasticorum commoveat? Tam monstrofa commenta evulgare ausus est Ianzenius? Si hac admittatur, quod certi, quid tui a Romana Cathedra prohibet? Si damnationi suam propositionum supervivisset novus ille Augustini commentator, quae in Romanam Sedem non eructasset? Ianzenius imperproprant Casuistis pluribus, quod in pravos sensus detorqueant damnatas propositiones ab Alexandro VII. & Innocentio XI. Sed vix longe superstitura nos improperamus illis, quod omnes Pontificis bullas, sibi adversantes, adulterent. In quam verum fit bullas, adversantes uoi factioni, exaltari ab altera, & contra. Sed non sumere Scholastici illi, qui propositionis Baianae doctrinam impugnant? S. Thomas, S. Bonaventura, Aleris, Alberus Magnus, Scotus, Durandus, omnesque non Scholastici tantum, sed Ecclesie Doctores a saeculo XIII. ad huc usque temporis. Porro namquid Doctores Ecclesie saeculi XIII. quidquam in hac controversia innovarunt? An ignoratur isti antecessorum Patrum doctrinam? An sanctum Thomam Aquinatem sancti Augustini doctrina latuit? Te-

stem advoco Ianzenium, qui Tom. II. de ratione & auctoritate Lib. proimial. cap. XIII. hac de S. Thoma scribit. Quomodo dandum novum testamentum nisi est aliud nisi reus reuelatum: & Augustini doctrina nihil preter fidei principia in suas deducit conclusiones: ita S. Thome Summa, ubi Theologiam tradit per magna parte, nihil aliud est nisi Augustinus contractus. Ex quo profecto magnitudo S. Augustini multo splendidius emittit. Si enim a nonnullis de S. Thoma recte dictum est, quot articulos, tot esse eius miracula: quot miracula ille tandem clarissime dicendum est catholice Ecclesie, qui oppositum aliquando docuerint? Errantur ergo omnes Ecclesie Doctores a saeculo XIII. usque ad Lutherum, Calvinum, & Ianzenium? Ea est Episcopi Irenis moderatio, & humilitas, ut omnibus sui temporis Ecclesie Theologis Doctoribus bellum denuntiet, & Augustiniana, immo catholica, doctrina, ut ipse ait, ignorantiam exprobet? Et hanc Augustiniano-catholicam doctrinam Romana Sedes tantisper vetavit, proscriptam, utpote vetitum, ne Doctores nostri temporis, vetustatis illius infidus, offenderet, & perturbaret? Praefectis Ecclesie non veritas modo, sed pax etiam cura est. Dubio procel. At namquid Romana Sedes catholice veritatis dispendio pacem curabit? Anathema in innocentissimam, sanctissimamque evangelice doctrine veritatem intorquetur Romana Ecclesia, ne turbam Scholasticorum commoveat? Tam monstrofa commenta evulgare ausus est Ianzenius? Si hac admittatur, quod certi, quid tui a Romana Cathedra prohibet? Si damnationi suam propositionum supervivisset novus ille Augustini commentator, quae in Romanam Sedem non eructasset? Ianzenius imperproprant Casuistis pluribus, quod in pravos sensus detorqueant damnatas propositiones ab Alexandro VII. & Innocentio XI. Sed vix longe superstitura nos improperamus illis, quod omnes Pontificis bullas, sibi adversantes, adulterent. In quam verum fit bullas, adversantes uoi factioni, exaltari ab altera, & contra. Sed non sumere Scholastici illi, qui propositionis Baianae doctrinam impugnant? S. Thomas, S. Bonaventura, Aleris, Alberus Magnus, Scotus, Durandus, omnesque non Scholastici tantum, sed Ecclesie Doctores a saeculo XIII. ad huc usque temporis. Porro namquid Doctores Ecclesie saeculi XIII. quidquam in hac controversia innovarunt? An ignoratur isti antecessorum Patrum doctrinam? An sanctum Thomam Aquinatem sancti Augustini doctrina latuit? Te-

XVI. Nemo nostrum hanc splendidissimam margaritam aveilit a S. Thome Summa. Omnes eius discipuli gratas summas Ianzenio habent, quod S. Thome Summam Augustinum contractum appellat. At S. Thomas in hoc suo Augustino contracto 2. 2. quae. 3. art. 4. ex instituto dignatur, utrum omnia actio infidelium sit peccata. Desinit vero his verbis. Manifestum est, quod infidels non possunt operari bona opera que sunt ex gratia, scilicet opera meritoria; tamen bona opera ad que sufficit bonum natura, aliquoties operari possunt. Unde non oportet quod in omni opere suo peccent Ad 2. Fides dirigit intentionem respectu finis ultimi supernaturalis; sed lumen eius naturalis rationis potest dirigere intentionem respectu alicuius boni conaturalis Ad 3. Per infidelitatem non corrumpitur totaliter in infidelibus ratio naturalis, quia remanet in eis aliqua veri cognitio, per quam sciunt se peccare, etiam ad quod de genere bonorum. Testimonia tunc Scripturarum, tum S. Augustini, que opponuntur a Ianzenio, expendit Doctor Angelicus, & iuxta communem Ecclesie catholice doctrinam interpretatur. Si S. Thomas Augustini doctrinam caluit, eam quoque contemptam haberent eius discipuli. Dominicus Soto, ut innumeris alios omittam, qui ante Bani scripsit Lib. I. de nar. & grat. tellatur, Lutherum solum hanc invexisse haerem, videlicet quod omnia opera infidelium sint peccata. Testimonia que ex Scripturis, & ex Augustino opponuntur a Calvino, & Ianzenio, aliis luculentissimis

fimo-

testimonis interpretatur. Sed quid Sotum nomen, cum omnes ad unum Theologi catholici qui hoc de argumento scripserunt, hanc esse S. Thomæ doctrinam, ab ipsis divinis Scripturis, ab unanimi SS. Ecclesie Patrum consensione haultam, docuerunt, docebuntque, quoadquæ mundus durabit?

XVII. Sed quid Iansenium reprehendo, quod omnium sui temporis Theologorum doctrinam contempserit? Paucis pertrigenda nunc sunt quæ capitis initio innui, quæque conceptis Iansenii verbis liquidissime confirmari videlicet, Iansenium doctrinam Ioannis Hus, Lutheri, & Calvini de libero arbitrio adoptasse. Docuit heresiarcha Hus: *Omnia peccatoris opera sunt peccata*: quæ propositio damnata est in Concilio Constantiensi. Inter propositiones proscriptas *sess. xiv. non. 16.* damnata hæc est: *Mortale peccatum inspicit universales actus hominis virtuosos, sicut virtus universales omnes actus virtuosos.* Concilium Tridentinum damnavit hæresim Lutheri, & Calvini de amissione liberi arbitri *sess. vi. can. v. Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extingui esse dixerit ... anathema sit.* Et rursus can. vii. *Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iustificationem fiunt, quæcumque ratione facta sint, vere esse peccata ... anathema sit.* S. Pius V. Gregorius XIII. Urbanus VIII. eisdem errores, & alios inde necessario manantes sacro confixere mucrone. Iansenius adversus hæc sacra Concilia, & Pontificum Bullas explicato vexillo frontem erexit, & non tantum fibulæ, & per cuniculos, lateraque, sed aperta & audaci fronte errores damnatos propagavit integris libris, nedum capitibus. Neque vocibus & phrasibus fucatis, led expressis, & manifestis, directèque pugnantibus cum Tridentinis canonibus, nus est, quibus hæresim Lutheranam, & Calvinianam defenderet, confirmaretque. Calvinus, ut dixi, levissimis quibusdam pigmentis horrorem Lutherana hæresis delinivit. Iansenius quibusdam aliis testimoniis, ex divina Scriptura, & S. Augustino incredibili fraude, & astutia excerptis, amplificare Calvinii doctrinam infelicissimo conatu perterritavit. Pro heretico Calvinus habet qui negat liberum arbitrium. Idem iactat Iansenius. Calvinus *Lib. II. inf. cap. v. num. 4.* ubi opponit, *frustra exhortationes suscipi, supervacuum esse admonitionum usum, ridiculos esse obiurgationes, nisi sit penes peccatorem parere.* Respondet. *Si milia olim cum obiectarentur Augustino, libellum de correptione, & gratia scribere coactus fuit.* Falsus veritas argumentum istud Lib.

IV. *contra Pighium*: & post plurima congesta commenta, tandem concludit, istam esse obiurgationem ob voluntatem liberam, qua in Adamo omnes peccarunt. *Lat. nono aliud causari potest, cur peccet, nisi malam voluntatem. Voluntatis porro malitia non aliunde est quam ex hereditaria corruptione.*

XVIII. Hanc eandem obiectionem sibi opponit Iansenius *Lib. II. de stat. nat. lap. cap. xxviii.* inquit: *Aliud argumentum potest ex ratione præcepti, cohabitatio, oburgatio, atque suscipiatio &c. & cum Calvinio ad Augustinum confugit. Respondetur. Adversus Manicheos hoc argumentum frequenter Augustinus premit ... Peccandi necessitas quam Augustinus tradit, sublatæque libertas bene faciendi, non repugnat arbitrii libertati ... Sed in eo tota hallucinatio est, quod, cum auctimus liberum voluntatis arbitrium, solemus imaginari indifferentiam quandam voluntatis ad bonum, & malum; quam semper hominibus adesse mordicus allebat Iulianus, insciebatur Augustinus. Tandem cum suo Calvinio ad libertatem in Adamo habitam se recipit. Infinitus essem, si integræ comparationem adornare vellem doctrinæ Iansenianæ cum Calvinianæ. Verum quæ hæctenus dicta sunt, satis superque id quod demonstrandum suscepi, evincunt.*

XIX. Pauca adducere libet ad præcavendam versuta effugia, & rethnas, quibus fane occultare hæresim Iansenius conatur. Saepè distinguit libertatem genericè, & specificè acceptam; contrarietatis, & exercitii. Saepè etiam admittit indifferentiam ad bonum, & ad malum, & potestatem quandam abstractam ad actum oppositum. Hac distinctionum varietate, & vocum æquivocatione emolliere Lutheri, & Calvinii hæresim, & quandam libertatis larvam obtrudere veritate sudeat. Excludit utique ferream illam & fatalem necessitatem Manicheorum, Stoicorum, & Astrologorum. Ceterum cum aperte doceat amissum penitus esse per culpam originale liberum arbitrium, omnem veram libertatem, sive contrarietatis, sive exercitii, ab hoc statu nature lapie reicit, solamque libertatem a coactione, fœcus a necessitate immunem defendit. Indifferentiam quam iactat, non aliud est præter flexibilitatem naturalem, & passivam arbitrii ad bonum, & ad malum, cum omnem, ut vidimus, activam indifferentiam sive specificationis sive exercitii in hoc statu excludat. Heinc patet quam fraudulenter libertatis specificationis, & exercitii distinctione abutatur, cum re ipsa neque unam, neque alteram

liber-

libertatem vero in sensu admittat. Quandoquidem iuxta ipsum homo iustus, dum bene agit, necessario agit, & dum peccat, necessario peccat, licet hoc, aut illud aliq̄re ratio nequeat. Verum, ut dixi, ininitati mei ratio non eo pertinet, ut omnia Ianseniani systematis artificia pandam, & resellam.

§. IV.

Nomisi ex Lutherana, Calviniana, & Ianseniana doctrina ignorantia, Thomistarum de libero arbitrio, & divinis auxiliis systema comparari cum Lutheri, Calvinii, & Iansenii systemate potest.

I. PAUCIS nunc ex principiis certo constitutis colligo quam fit vana, & imaginaria centuria illa quæ in sui Scholæ Calvinicæ foret. Ab uno & amplius seculo Calvinicum, & Iansenicum obistere recentiores plures ceperunt scholis SS. Augustini, & Thomæ in controversiis de libero arbitrio, & auxiliis divine gratiæ. Continuo ac Calvinii, & Iansenii systema legi, demiratus sum, formari ab aliquo Theologorum inter utramque systema comparationem hanc potuisse.

II. Extinctam penitus libertatem electionis, & indifferentiam in genere moris post Adæ culpam, docent Lutherus, Calvinus, Iansenius. Hoc constituto principio, legitima confectione inferunt, necessario hominem operari five bonum five malum. Liberum arbitrium Adami, ante peccatum, appetitiones carnales, & cupiditates omnes moderabat impetum lunno, & tranquillo. Peccato patrato Rex ille & throno cecidit, perit, penitusque extinctus est, inquit Lutherus, Calvinus, & Iansenius. Quid post? Consula, interturbata, involuta omnia. Novum successit regimen, novum tyrannicum imperium *libidinum*, ut verbis Iansenii utar, seu delectatio carnalis superior, & vitæ libertatis peremptæ. Quid heinc? Constatiarum legitimum hoc est. Ergo auxilium, quod Deus hominem ad operandum determinat, necessario illum impellit, fœdit, dirigit. Deus quippe cum agentibus liberis libere, cum agentibus necessariis necessario concurrat. Auxilium quod Deus bruta regit in ordine naturali, necessitatem inducit, quod bruta libertate destituta necessario agant. Homines iuxta Calvinum, & Iansenium post lapsum Adæ libertatem indifferentem in genere moris amiserunt. Quæcumque igitur gratia, sive in sensu Thomistico, sive in sensu Moliniano, sive in sensu Calviniano, Deus hominem mo-

Conc. Theol. Tom. VI.

deat, semper homo, & libertate indifferentie destitutus, necessario ager.

III. Thomistæ, & Catholicæ omnes humanam indifferentem libertatem per peccatum originale lesam, infirmam, fœciatam tatenur; extinctam, deperditam, amissam negant, & pro hereticis habent Lutherum, Calvinum, Iansenium, omnesque qui extinctum liberum arbitrium post originale crimen docent. Vivit itaque anima ornata sua primæva libertate; sed agnita, imbecillis, vulnerata. Medicina indiget, ut sanetur; lunine, ut illustretur; inspiratione, ut preveniatur; auxilio, quod determinetur; rectore, quod dirigatur. Liber igitur homo est post Adæ culpam. Ergo libere a Deo prevenitur, adjuvatur, prædeterminatur. Infirma est libertas nostra. Degna de peccato originali ad evincit. Si infirma, ipsa ne efficacem reddet Dei gratiam? Miror homines, clamant Augustinus, infirmitati suæ, quam firmitati divine promissionis fœ male committere. Quid? fœbit S. Prosper. Si immane illud peccati monstrum nostram non devoravit libertatem, mortem animæ infundendo; illam non occideret Deus, eamdem ad bonum elevando, adjuvando, determinando? Hæc libertas non est interfecta per vulnèraturam, & eripitur per medentem? Non amittunt homines suam indifferentem libertatem, cum peccando diaboli tyrannidi subduntur, cum vero dependent, cum ab hoc captivitate iugo, sanante gratia, subrahuntur? Quin eo liberæ voluntas est quæ efficaciori gratia sanatur; fœciti quo validior est medicina, eo fortius agros vires infaurantur.

IV. Paucis nunc invicem systema conferamus. Extinctam penitus libertatem indifferentem per peccatum originale in genere moris docent Lutherus, Calvinus, Iansenius. Ergo, quæcumque gratia a Deo determinatur homo, libertate destitutus, semper necessario operatur; sicut, quæcumque auxilio moveatur bruta in ordine naturali, semper necessario agunt, quia libertate carent. Contra docent Thomistæ, & Catholicæ omnes. Vivit libertas nostra infirma indifferentem ad utramque libet. Ergo, quæcumque auxilio a Deo determinatur, libera determinatur: quia Deus cum causis liberis libere concurrat. Vivit libertas iuxta Catholicos, sed infirma, & debilis. Ergo divina gratia sanatur, & perficitur. Toto celo ergo differunt Thomistæ a Calvinio, & Iansenio in principio capitali de libertate post peccatum Adæ penitus amissa iuxta illos. Differunt ergo & in consequentia necessum est. Numquam Calvinus hoc utus

G

fuit